dicitur indistinctū relictū est ver-
bulū qd̄ est. Recipi dignū profes-
so qd̄ prolixiore disputatione trac-
tatur nequaquā tū id in presentia
facimus sed tantū breuiter admo-
nebimus in monasterio recipi pos-
se nemine nisi prius singuli qui
q̄ fratrem suū ab abbate rogentur
sententiam. Et si numerosior fra-
trū portio aut ea que saniore
pollet iudicio neophitū ad tiro-
niū. id est militiam nouā annu-
am ve probationē admittendū
consenserit nouitiali donatur
amictū. Sin minus religiose lo-
tationis honestate seruata valere
iubetur. Et qm̄ qui recipitur pri-
usq̄ secularia ponat indumenta
diuinā nūam ordinis miseratio-
nē et fratrum societate se petere pro-
fiteri iustum est immo vero ius-
tissimū ut fraterne receptus affec-
tu recipientes nō solū nō contristet

Tertius.

sed etiā cū eis socialiter viuens
fratris exerceat officium atq; in fra-
terna sinceritate diuina fauente
grā perseueret. De cū de sociali vi-
ta (si dederit dñs) suo loco verba
faciemus. Nunc autē ceptū cassi-
ani periodum non in singulis
immorando sed quantum poterim
celeritate transcurramus. **Quil-
to ante inchoatā cassiani
periodū nō per singula
verba. sed precipuas col-
ligendo sententias inter-
pretatur. Caput. xviii.**

Ambiens quis intra
cenobii recipi discipli-
nā (inquit) nō ante
prosus admittitur
q̄ diebus decem vel eo amplius
pro foribus exubans iudicium
perseuerantē ac desiderii sui
pariterq; hūilitatis ac pacien-
tiae demonstrauerit. Hic p̄mū
oīm animaduertere licet quā-
ta seueritate prisci monachorū
patres hanc recipendorū noui-
tiorū difficultatē. inuolabiliter
obseruare curarint. Hoc enī si
bi volunt ea verba non ante
prosus admittitur. Nam par-
ticula prosus immobilē consti-
tute legis stabilitatē manifeste
demonstrat. Secundo non est
absq; consideratione pretereundū
q̄ decem saltem dies neophitū
pro foribus oportuerit exubare.

Speculi

Augebatur enim incredū dicēū
numerus sed nulla vnq̄ ratione
minuebatur. **H**uid autē eos po-
tissimū impulerit vt numerum
hunc intemeratū seruare decere-
rint ego diuinare nō possū. **E**st
tū aliquid verisimiliū cause quā
obregi silentio minime sinam. **D**e-
nariū enim quin ad diuina precep-
ta pertineat dubitat nemo. **H**ui
vero decalogū paulo diligentius
inspexerit eūq̄ beata curiositate
sanctis operibus implere voluerit
facile in eo oēm virtutū p̄fectionem
reperiet vsque adeo vt nulla tā seue-
ra sit monachorū regula quin eā
possit (si velit) laudabiliter obseruāre.
De eū hoc proligniore disputatione pro-
bandū est que qm̄ nō est presentis
loci ad reliqua cepta celeritate pro-
perem. **T**ercio igitur inspiciendū
nō absq̄ prudentia ac maturitate
constitutū esse ne intra monasteri-
ū petenti monachatu neophyto lo-
tus pateret vllus quoadusq̄ meo-
ratiū dierū numerū pro foribus
exubando compleisset. **Q**uid enim
plenā nouitio quum vellet abeu-
di libertatē relinquere voluerunt
ne forte intra monasteriū admis-
sus tam facile egredi nō auderet.
Quarto ne id quidē consideratiōe
indignū est q̄ pro foribus hoc ē
autē monasterij ianuā exubasse
neophytus meoratur. **I**d eī curio-
so lectori satis ostendit vel patres

Monachor.

vel ab ip̄is destinatos diligen-
tius obseruare cōsuetos quid-
nā ille monachatus postula-
tor ageret an videlicet oraret
an aliquid legeret. an vero
nihil agens pigrigaret. **H**ec
nāq̄ ingrediendi difficultas
eo tota pertinebat vt de noui-
tio cognosceret patres quicquid
humanitas explorari posse vide-
retur. **P**rimū igitur explorare
volebant desiderij fecundit. **S**e-
cundo patientiā que dedita opa
multiplicatis muris pulsaba-
tur. **T**ercio hūilitatē sine qua
virtus oīs cassa et vacua est.
Ex his autē future perseveran-
cie verisimillima colligebant
argumenta. **A**t vero hoc nō
languescente seculo eo peruen-
tū est vt vix tanta sit fortitu-
dine quisq̄ qui vel triduum
possit (si forte id temporis susti-
nere iubeatur) pro foribus ex-
cubare. **A**lia cassiani verba
sup̄ probandis neophytis i-
mediū affert. ut futuro mo-
nacho pudorē ingerat cuius
suis agendi. **C**aplū. xix.

Sequitur. **C**ūq̄ oīm
p̄teruentū fratru
genibus pronoluitis
et ab vniuersis de in-
dustria refutatus atq̄ despectus
tanq̄ qui nō religionis sed ne-

liber.

cessitatis obtentu monasterium
 optet intrare inuicis quoque et
 exprobrationibus multis affectibus
 experimentum dederit constantie
 sue qualisque futurus sit in tenta-
 tionibus opprobriorum tolerancia
 declarauerit atque ea fuerit (ex
 plorato mentis ardore) susceptus
 diligentia summa pergitur ne
 de pristinis facultatibus suis
 inhefuerit ei vel vni nūm con-
 tagio. In hac periodo plura
 sunt que diligentius intueri
 neophitus debeat ut carū recū
 cōsideratione que nostris tempore
 seculis immo vero in dissue-
 tudine penitus abiire permotus
 pudeat cū corporis ac frigiditatis
 nostri atque in religiosorum cre-
 citorū studiis tota virtute pro-
 ficere moliatur. Primo namque
 qui eo modo quo dictū est ad
 monasterij portā sollicitus ex-
 cubat mor ut fratrem quisque e-
 grediebatur ex cubito ille ipsius
 genibus pronolatus attentissime
 supplicabat ut pro se apud cen-
 sū patrem intercederet quo dilec-
 te illi congregationi annumerari
 mereretur. Nec dubium quin
 diligenter obseruaret egredien-
 tes an feruens ac serua foret an
 frigiduscula supplicantis petitiō
 sed et exitus ipse rei qualis foret
 qui monachatum peteret aperte
 dorebat. Nam si frigidus esset

Tercius.

nullo pacto ea tulisset que poste-
 rius mēstrantur sed nec ardentem
 ac seruo supplicare potuisset non
 enim animi feruor facile simulat.
Supplex igitur illa pronolatio pre-
 tantis animū inflante minime
 turgere superbia patenter osten-
 debant. Sed quū non admodū
 grande est hūilem quenquam (quod u-
 nihil aduersū perpetatur) inueni-
 ri subiūtur ea quibus errorque
 et solet impacientia que superbie
 comes est quēadmodū patientia
 hūilitatis. Igitur primo loco vni-
 uersi petente nouitū de industri-
 a refutabant. **S**impliater enim
 illi dicebant. Non es idoneus se
 ad ea subeunda que petis nescis quod
 queas. nō intelligis quod preceris. Ta-
 lia inquam aut similia petenti res-
 pondebant. Sed quia huiusmodi
 refutatio parū superbis facile to-
 lerari posse videtur iungebatur
 ipsi refutationi longe toleratu dif-
 ficilior despectus atque cōtemptus.
Quū. n. qualia priusimū rogati
 fratres respondissent auerrebant
 sese a petente aspiratorū indig-
 nabundūque vultū simulatiōis
 gestibus ostendentes quod toleratu
 durissimū esse latere potest nemi-
 ne. Jam vero refutationi atque cō-
 temptū teratū quoddam addebat
 utroque molestus. Dicebant enim
 nouello tyroni. **B**atis intelligi-
 mus fratres quodnam fuerit cause

Speculi.

vt ad nos venires non em habe
bas in seculo vn victu tibi para
res et amictu quāobrem tanq
nobiscū quieturus et otiosam ac
turus vitam tale consiliū excogi
tasti. Reuertere frater. Intelli
mus em huiusmodi dolos. Ecce
quibus telis nouelli militis per
tora transfigere nitentur. Nō
q impatienciā extorquere cupē
rent (gaudebant em supra quā
credi possit si equo aīo ferentem
oīa militē atq in sua petitione
suppliciter psistente inuenissent)
sed q expectari necessariū existima
bant an is qui rem tam difficilē
aggredi se velle fatebatur in ea
psuecabiliter durare posse vide
retur. Nec tamē ista sufficiebant
nisi etiam iniurias et opprobria
multiplicando cumulauissent. H
oīa eo quo diximus ordine (si dili
genter legeris) esse degesta cog
noscent. Reperamus itaq periodū
vt sensus euidentius elucescat.
Cūq oīm pretereūcium fratru
genibus prouolutus. Ecce manu
festū sūmissioris hūilitatis indi
cū. Sequitur iam adhibita pa
cientie vel latentis vel deficientis
experimenta. Mor em subditur
et ab vniuersis de industria re
futatus. hoc primū est pulsate
patientie telū simplex videlicet
repulsio supplicantis. Adungit
illuc atq despectus. Tu tibi seculū m xx.

Monachor.

dū iaculū contēptū saluēti gestū
apparentē. Sequitur tūq qui nō
religionis sed necessitatis obtentu
monasteriū optet intrare. hic
tercū intueri spūalū id est sermo
nē inuicisū conceptoris gestibus
aductū. Sed nodū finis. Sequi
tur em inuicis quoq et expo
brationibus multis affectus. Ne
liqua ptereo et lectori insinanda
relinquo. Ceterū her oīa qua ca
tione fiebant. Cur tam multipli
ci certamine nouellus miles appe
tebatur. Nempe vt uentis et
feruor agnoscā lucidus posset et
non deesset verisimilis futūre
ipsius psuecancie coniectura.
Prospectabant em nouitū quan
tū poterant ne vnq in terribile
remissionis discrimē inderent.
Harum em pudor est post con
uersionē repescere milite qui in
ipso tyroanio tam predara in
signis victorie dederit argumen
ta. Ad exortādos eos qui vni
censuā expectat ad psenti
horrorē parte interpretatur
pnyusiane admonitionis
qua tyrunculū quendam
ingressus difficultate pro
batum. idem pnyusius di
ligenter iusticiū cassia
no narrante docetur.
Caplū. xx.

Quod ut manifestius
 appareat orationem
 lam admonitionem
 qua venerandus pa-
 ter pynusius tyrunculū quendam
 quem in nouicali certamine
 probatū recipiebat allocutus
 traditur referente presenteq; cas-
 siano qm̄ proposito nostro satis
 videtur accommoda in medium
 profereamus. **Hic** enī cepit. Nos
 ti quot diebus pro foribus exabās
 hodie sis receptus. **Non** est tunc
 dū cur huiusmodi principū tā
 venerandus pater assumpsit.
Legitur enī sanctus quidā pa-
 ter querenti cupiam quoniam
 pacto in monachali proposito
 perugilem sese conseruare pos-
 set hunc in modū respondisse.
Ita demū fiet inquit ut crect
 semp in sancto proposito mane-
 as si semper memoria repetas
 ac diligens speculeris uirtutu
 fecuore illū quo totus incales-
 rebas ubi primū monachatum
 expectare cepisti nec unq̄ (quan-
 tū per te fieri poterit) eū sinas
 inuiniū quin potius augēdū
 tota sedulitate proceues. **Hac**
 eadē ratione motus venerationis
 pynusius tale sumpsit ex-
 ordiū. **Nosti** inquit quot
 diebus pro foribus exabās ho-
 die sis receptus qd̄ tale est ac
 si diceret. **Necis** est desiderū

quo nobiscū manere desiderasti
 recens et ipse fecuor quo totus
 interm caluisti. **Notus** tibi dixer
 numerus quo patienter atq; con-
 stanter sustinuisti quoadusq; vo-
 ti compos euaderes. **Tuū** igitur
 erit in eadem perseuerare con-
 stancia nec ullū pro consequen-
 da salute (que post hanc vitā
 fideliter certantibus a domino
 tribuitur) subterfugere aut re-
 cusare labore. **Sed** dicat ipse
 pynusius quur ita reperit ne
 uos ipsius uerba inaniter cō-
 mentari uideamur. **Sequitur**
 enī. **Cuius** difficultatis causa
 primus debes agnoscere. **Pote-**
 rit enī tibi in hac via quam
 ingredi concupiscas multū con-
 ferre si ratione eius agnita ad
 christi seruitū consequenter ac
 sicut oportet accesseris. **Occito**
 venerandus pater difficultatis
 causam neophito putat exponē-
 dam ne ea ignorata apud se
 forte cogitet aliquid qd̄ nō oportet
 tuerat mente tractari. **Adiun-**
 gitq; difficultatis huius notici-
 am in via quā ingredi concu-
 piscas sic ei demū profuturam
 si ad christi seruitū consequen-
 ter ac sicut oportet accesserit.
Est igitur via monachalis pro-
 fessio via proculdubio recta via
 ad obseruandas opportune di-
 uinas leges compendiosissima

Speculi.

via ad peccatorum errorumque omnium
fugiendas occasiones aptissima
via longe pulchrior atque salubri-
or quam ut humanus possit sermo-
nibus explicari. In hac ergo via
ad christi seruitium accedendum
est. **Seruus infelix est: qui christo non seruit.** **Seruus est enim**
proprie voluntatis: ac per hoc ser-
uus sathane cui semper consentit
exterioris hominis nulla ratione
moderata voluntas. Ad hoc autem
tam venerabile tamque sanctum ser-
uitium consequenter accedendum est
ac sicut oportet. **Quid igitur**
sibi vult consequenter accedere?
Nempe consequens est ut qui
bene cepit per meliora media
ad optimum finem peruenire nitatur.
At contra renuisti faciunt qui ab
optimo principio resilientes per
detestanda media ad finem pessimum
perducuntur. **Bed si continue pro-**
ficere ad christi seruitium consequen-
ter accedere est quid necesse fuit
adire ac sicut oportet. **Profer-**
to ne quis suus velit uti legibus
suoque more proficere curet. **Obedi-**
endum namque est patri monasterii:
et obseruanda regula, sub qua
quisque militare decreuerit. **Hoc enim**
est christo seruire sicut oportet.
Verum sequentia videamus. **Sicut**
namque aut immensa gloria fideliter ser-
uientibus deo ac secundum regule
institutionem ei coherentibus. repro-

Monachorum.

mittantur in futurum: ita pene gra-
uissime preparantur his qui repente
eum negligentibus fuerint exco-
cti et secundum hoc quod professi sunt.
vel quod ab hominibus esse creduntur
fructus eam congruos sanctita-
tis eadem exhibere neglexerint.
Intellige lector commentationem
nostram extortam non esse: atque ex
ipsis punitis verbis recte nos in-
terpretatos esse cognosce. **Dicit**
enim immensa gloria deo fideliter
seruientibus: ac secundum regulam
institutionem eadem coherentibus
in futurum promitti. **Seruire fide-**
liter quod aliud est: quam seruire sim-
plicitate: atque seruente. **Profer-**
riter inquam ut recta sit men-
tio: solique deo placere cupiamus.
Seruente autem ut profectum se
intenti: ad eam perfectionem cuius
(diuina nos adiuuante gratia)
capaces esse possumus: tota vira-
te tendamus. **Igitur deo seruire**
fideliter et ad christi seruitium
consequenter accedere: idem sibi
volunt et eandem habent signi-
ficationem. **At vero secundum insti-**
tutionem regule deo coherentibus
chil est aliud quam ad ipsius serui-
tium accedere sicut oportet. **Tali-**
bus igitur immensa promitti-
tur gloria. **Bed quemadmodum**
inestimabilis illis a christo parat-
ur felicitas: sic eduerso pene gra-
uissime eis (attestante punitis) pro-

Liber.

parantur: qui regularia precepta negligentiter ac tepide fuerint exequuti. Nichil hic de regule contemptoribus loquitur: sed tantum de tepidis atque remissis. **Secundum** qui regularia ieiunia deserens: ventri proprio more gerit: qui nullum nouit locum silentio deditum: qui caribus citra necessitatem vescitur et cetera facit que pre fastidio meminisse piget: non hic tepide regulares exequuntur iussiones: sed irridet potius atque conculcat. Videant igitur tales (si tamen dignantur) quidnam post hanc vitam bone mercedis expectent. **Pymusiana conuincens oratione duas diuinorum librorum sententias alteram salomonis. hieremie alteram tractat. priore ostendens non esse uolendum nisi reddere velimur posteriore maledicto subiacere diuino eos qui in opere dei fraudulentum vel negligentem inueniuntur.**

Capitulum. xxi.

Uero quisquis est qui relicto seculo regulariter in cenobio uiuere constituit. ne tibi quoquo pacto blandiare. Nichil enim peris. nihil stultius cogitari potest: quam existimare quod bene

Tertius.

secum agi et absque timore terere tempus quam sit iugenti periculo viuimus. Si quidem nemo est vel in medio seculo vitam agens: quem non oporteat in conspectu summi iudicis. accepti temporis reddere rationem. **Non** sine causa precepit apostolus eis qui manibus victum sibi parant ut tamen silentio operantes panem suum manducent. **Quamuis** enim sint res: sartores. fabri lignarij. ceteraque opifices absque ullo metu (de his loquor: qui minima diuini timoris rationem habent.) inter operandum iurant detrahunt mentium: nec ullo freno linguam cohibere meminerunt. non est tamen quod arbitrentur id impune se laturos: aut ei congrua penitentie huiusmodi peccata prouentur aut penis grauissimis cruciabitur. **Nos** igitur qui in cenobio sumus: si tempus sine fructu labi permittimus illud dico tempus quod nobis superest: quam nec diuinis interessimus officiis: nec aliquid nobis gerendum imperatur. hoc inquam temporis si nostra negligentia maniter preterit: stulti profecto sumus si nihil ob id penarum nos daturus esse putamus. **Aut** igitur proficiendum est: aut deficiendum. **Verum** si sapimus. omnino proficiendum est et quidem studiosissime. **Nam** ut ait pymusius: secundum id quod professi sumus: et quod ab hominibus esse credi

Speculi.

mur dignos deo nostro sancti
monie fructus exhibere debem?
Non ad vos hec pertinere me-
rito dixeritis quotquot estis bte
regule conciliatores: qui ab
hoibus, nec sancti, nec boni sed
inepti ut re vera estis, esse pu-
taminu. **P**rofecto non ad vos
pertinent: sed tanto infelicio-
res estis q̄to minus ad eā vi-
tam aspiratis que vestre pro-
fessionis congruere minime
dubitatur. **A**tq; utinā animo
vescarietis nec frustra credere-
tis esse dictante spū sancto scrip-
tū qd̄ memoratus p̄missus
post ea verba que prefati
sumus subiacendū putauit.
Melius est enī inquit secūdu
scripture sententiā nō vouere
quēq;: q̄ vouere et nō reddē.
Hinc o cenobitice vite cōcipi-
tor: hinc inquā p̄mū pre-
sentis opusculi volumē capi-
mus: huc iterū cogente nos
verū serie deuenimus. **H**oc
ergo te quanto possimus
precamur affectu: caue tibi
consule saluti tue teipsū q̄
diligentissime potes explora-
to. **S**i titubas: si vacillas si
non satis intelligis quale sit
qd̄ aggredieris vouere nolito.
Post votū namq; nulla sup̄sūt
remedia. **N**olo tū pungentib;
te scrupulis implicare. **V**aria

Monachor.

sunt hoīm ingenia. **S**unt
enī nōnulli vsq; adeo simplices:
vt de re qualibet disputant
intelligere nequeant. abhor-
rescunt tū ab oī malo et sim-
pliciter cū sua simplicitate sal-
uantur. **T**alibus nihil scriben-
dū est. **S**ed et quisquis ille ē:
qui sibi conscius est pretere de-
um se querere nihil, eam dul-
ce charitate quocūq; inbetur.
Promissa est enī pax contem-
platis angelis: bone volunta-
tis homibus vniuersis. **V**olun-
tas autē sine charitate esse bo-
na non potest qd̄ vsq; adeo verū
est vt prosper vir et sanctus
et doctus charitacē: bonam
voluntatē appellet. **C**haritas
autē q̄ sit necessaria monacho
illa hieremie sententiā mani-
feste demonstrat qua tantus
propheta auctore spiritū scō
maledictū pronuntiat cui:
qui opus dei facit negligens.
Quā sententiā venerandus
p̄missus quū dixisset melius
est non vouere quēq;: q̄ vo-
uere et non reddere veluti
causam reddens pronuntiat
sententię. **M**aledictus enī inquit
qui facit opus dei negligens.
Ea vero translatio: qua nos
vāmur, fraudulenter habet.
Si esset in vobis quotquot
estis o vos sancte regule mani-

liber.

festi vilipensores: si esset in qua
 in vobis diuini sanctillula ti-
 moris vel minutissima: ter-
 reteret vos supra q̄ credi possit
 qua modo protulimus diuini
 vocis sententiam. **Valedictus**
 inquit qui facit opus dei frau-
 dulenter. **Opus dei** pater bene-
 dictus diuinu vocat officium.
Ite vniuersi boni fratres: et studi-
 a vestra magnificantes dicite.
Quoniam ducens spiritu vt can-
 ta nos audacia reprehensibiles
 assecece pergatis. **Non** e tota die
 et noctis parte bona diuinu in
 templo canendis laudibus inui-
 gilamus. **Non** est q̄ mecu dis-
 putatis: respondet enim vobis he-
 renias. maledictos afferens
 eos qui opus dei faciunt fraudu-
 lenter. **Omnia** male gratia inde-
 coramq̄ celeritate qua diuinum
 transcurrunt et confunditis po-
 tius q̄ pronuntiat officiu. **Sed**
 dicite queso. **Est** ne hec aperta
 manifesta q̄ fraud: non seruare
 silentiu. non ieiunare. non in
 refectorio sanctas frequentare
 lectiones: licenter carnibus vesci.
 et inter hec oia benedictinos vos
 monachos proficere. **Septem** vni-
 uersis si regulam legerit: et ves-
 trum possit speculari conuersatio-
 ne audacissimi vos eos pronu-
 tiat esse mendaces: qui vos sub-
 tanti patroni militare regula

Tercius.

proficere minime timeatis. **Pos-**
 set hoc vnu ingratos vobis nos
 reddere conditori et indignos
 eterna facere retributione: si
 opus dei id est diuinu officium
 absq̄ villo sancte deuotionis pro-
 nuntiare affectu: q̄ius in cete-
 ris regulam mediocriter observa-
 re videremur quātomagis si et
 in hoc et in alijs perniculis be-
 regule impudenter repugnare
 cōiungamur. **Sed** dicat forsitan
 aliquis vestru. **Vnde** tibi constat
 diuinis hymnos a vobis absq̄
 villo bone mentis affectu pronu-
 tiari. **Non** sum ego tanta teme-
 ritate: vt oēs inuoluā. **Novit**
 enim dñs qui sunt eius. **sed** dubi-
 tare nō possū quin sit ingēs mo-
 nachorū multitudo: quorū non
 ulli dū litteras nesciunt: psalmos
 intelligere nequeunt: ceteri tan-
 ta cū celeritate cuncta transcur-
 runt. sibiq̄ nutius versus preci-
 piunt vt inter canendū nō lice-
 at boni quippiam meditari. **Sed**
 ad reliqua veniamus. **Pergit**
in p̄missane orōnis et posi-
tionis quatuor in mediū
profereus que futura mo-
nacho sūma cum diligen-
tia consideranda sunt et
studiosius obseruanda.

Capitū. xxij.

Speculi.

Sequitur enim. Ideo igitur a nobis diuissime refutatus es: non quia tuam vel omnium salutem non toto desiderio cupimus amplecti et his qui ad christum cupiunt peruenire etiam procul occurrere non optemus. sed ne temere recipientes et nos apud deum leuitatis: et reipsam rem grauioris supplicij faceremus si ad presens facile susceptus. nec pondus professionis huius intelligens vel destitutor post hoc. vel tepidus extitisset. **N**unc aperte tante dilationis causam venerabilis eloquitur pynusius quam in superioribus iam aliqua tenuis attigerat: ut ostensum est suntque o lector in hac periodo quod nullo pacto debeas inconsiderata transire. **P**rimum igitur necessarium belligere probationis nouicio tyrunculo esse scito certamen. **D**iuissime inquit a nobis refutatus es. **A**c si dicat non aliter tue humilitatis patientie feruoris atque constantie desiderata percipere poteramus argumenta. **S**ecundo in verbis monachis hanc intellige debere florescere charitatem ut non solum ad cenobium uenientium: sed omnium quoque christianorum salutem optare non desinat atque pro ea quam possunt deuotissime

Monachorum.

apud diuinam intercedere maiestatem. **N**on enim charitatis patitur latitudo: ut propria quisque sit salute contentus. **H**oc enim sententia sequens clarissime docet. **T**ercio duo animaduerte pericula grauissima que non probatos neophytos recipientibus contingere solent. **P**rimum namque diuino iudicio leuitatis arguuntur. **C**hristus enim apostolos suos antequam suprueneret: in omni sancti gratia roboraret: in omni patientia et humilitate probauit. **I**pse namque dilectos sibi discipulos alloquens manifeste professus est dicens. vos estis qui permissis mecum in temptationibus meis. **D**einde eos quos introtenobium nulla precedente probatione recipiunt discrimini non minimo imprudenter exponunt. **N**unc enim sancte regule desertores efficiuntur: vel ad seculum redeunt. vel ad dissoluta monasteria diuertentes aut repide remissa ac languenter agentes uicium omnium se faciunt inopes percipiunt tandem salute fraudantur. **Q**uod postrema presentis periodi uerba loquuntur. **A**n uero si qui non probati: studiosi forte discipline regularis obseruatores euadunt. non hoc recipientium prudentie sed diuine potentie

.Liber.

corūq; q̄ recipiunt bonis est vo-
 luntatibus tribuendū. **C**eterum
 tanta hodie nostra est fragili-
 tas. debilitas infirmitas vt si
 quis mei similis parū aliquid
 litterarū ac tolerabilis vocule
 scū defecens monachus esse cu-
 piat nō audeat eū quisq; vel
 leui scemunculo contristare ne
 forte recedat. **M**agnū est enī
 istud nostris temporib; si vel
 admoniti que digna sunt re-
 prehensione vitem; **I**lle nāq;
 p̄fectorū neophitorū probatioes
 martiria quedā sunt et longe
 grauiora q̄ vt ea hoc tempore
 collecere possimus. **Q**uantū
 q̄ tū si fragilitate quisquis es
 qui monachus fieri peroptas
 (fieri inquā nisi paulatim fias
 non eris) bonā tibi voluntatē
 vsq; adeo necessariā esse cognosato
 vt si ea carueris ne christianus
 quidē salua possis veritate cen-
 seri. **B**ed nūc reliqua p̄missy
 verba confideamus si tū vnum
 o studioso lector prius te monu-
 erim; qd̄ quarto loco in superi-
 oribus p̄missy verbis diligentis
 confidere te debeat futurum
 videlicet monachū sue professi-
 onis pondus nullo pacto ignora-
 re debere. **N**on enī minimū
 ponderis et obedientie votum
 que non solū deo: sed christi quo-
 q; vicario promittitur in oibus

.Tercius.

his que diuine legi manifesta
 vatione minime contradicunt.
Secundo loco nō erigui ponde-
 ris est morū promittere conuer-
 sionē idq; nō simpliciter sed iur-
 ta regulam gloriosi benedicti:
 quā nec pro nostre voluntatis
 arbitrio cōmentari nec ad leui-
 ora descendē possum; si nostre
 consultū volumus esse saluti.
Postremo tota ponderis mo-
 les in ipsa stabilitatis promissi-
 one consistit. **S**iquidē is demū
 qui perseuerauerit vsq; in finē:
 saluus erit. **A**dde q̄ hec ipsa
 vouentes corā deo et sanctis
 eius. nos polliceri intelligibi-
 li voce profiteamur. **S**uemad-
 modū intelligi debeat abre-
 uungationē nichil aliud
 esse q̄ crucis. ac mortifica-
 tionis indicium et que sit
 inter ceterorū christianorū
 ac monachorū crucē dif-
 ferentia.

.Capitulum. xxiiij.

Mirabile dictū est tū
 insanos esse q̄ pluri-
 mos: vt firmate cū
 tanta solennitate
 promissionis immemores. ita
 se gerant quasi nihil promise-
 rint aliquando immo vero
 quasi non sit deus: qui et vo-
 uentes audiat et mentē inspi-

. Speculi .

ciat et sequente quoque considerans vitam uniuscuiusque secundum sua sit opera redditurus. **Ceterum** quisquis est: nisi tue professionis pondus intelligas facile admodum aut ordinis tui defector aut (quod non minoris est periculi) tepidus languidus: ac remissus efficere. **Quia** ob rem ut peregit pynusius ipsam causam abrenuntiationis debes in primis agnoscere qua perspecta quid te commoueat agere ex eius ratione manifestius instruaris. **Causa** et ratio pro eodem frequenter accipi solent ut quum (verbi causa) dicimus: volo tibi mei consilii causam exponere hoc etenim loco liceret esset dicere rationem. **At** non eo modo memoratis vocabulis **Cassianus** nunc utitur sed utriusque pro definitione posuit. **Sententia** namque talis est. **Ne** forte tue professionis pondus ignorans aut monachalis propositi defector aut tepidus euadens ipsa renuntiationis definitio tibi in primis agnoscenda est ut ea lucidius intellecta quodnam agere debeas ignorare non possis. **At** ne me quisque hoc somnians commentari existimet: attendat quidnam sequatur. **Sequitur** enim. **Abrenuntians** nihil est aliud quam crucis ac mortificationis iudicium. **Breviter** admodum rem tantam descripsit: sed quod

. Monachor .

uis pauca sunt verba non tamen est brevis sententia subalio cam accuratiusque considerant. **Sed** quod non est cause ut ignorato quidnam sibi velit renuntiationis vocabulum nostrae professionis pondus intelligere nequeamus: insuper et necessarium sit aut monachalis defendendi propositi: aut enervatoris renuntiationis terribile nobis munere discrimen. **Penitus** in promptu ratio est. **Quis** enim nostra professio in vera renuntiatione consistit. **Et** quidem iam semel in baptismo teterrimo sathane eiusque pompis renuntiaui quod tamen si meminisse non possumus propececa sunt rationis usu carere meminerunt tamen qui nos obduces baptizandos ablutosque de sacro fonte susceperunt. **Quum** vero deserto seculo cenobiticam vitam nos agere velle profitemur multo renuntiamus angustius. **Quorum** namque conversionem promittentes vniuersis vitis noxiis cupiditatibus perfecte renuntiamus. **Non** dico vitia cuncta pessimeque cupiditates perfecte relinquimus (utinam id prestare possemus oes) sed pollicemur tota virtute nos conatuos: ne quod nobis peccatum peccitiosum velle cupiditatis dominetur. **Et** quod hoc omni christiano necessarium est non tamen preter ceteros addimus

liber.

hanc morū cōuersionē secundū
 benedictinā regulā nos adiutore
 deo paraturos esse; et ad finem
 usq; studiosius obseruatuos. **Et**
 in non solam morū cōuersionē
 sed stabilitatē quoq; promittimus
 id est in ipsa uirtute p̄seueran-
 tiam que sola saluat atq; coronat
 Per obedientiam uero dñi proprie
 uoluntati renūtiamus tam ani-
 mas q̄ corpora nostra deo nostro
 absolucissime consecram⁹ ita ut
 ex eo iam tempore; nec uoluntatū
 nostrarū nec corporū potestatem
 habeam⁹. **Preparanda** sunt enī
 ab ipso die quo profitemur ad uol-
 untū. usq; hinc sit enūciatio
 dñi tam corda q̄ corpora (ut ipsi⁹
 legiseri nostri uerbis utamur) sc̄
 p̄ceptorū obedientie militatua.
Quis igitur nostra professio ue-
 ra renūtiatio est; renūtiatio
 aut; crucis ac mortificationis
 iudiciū. **Sed** facili⁹ hoc dicitur
 q̄ intelligatur. **Breui** igitur utā-
 mur exemplo ut eo considerato
 latior intelligendi uia pateat.
Loquitur de me quisq; directus
 q̄ ut michi placeat possit insur-
 git carnalis anim⁹ rationis
 iudiciū non expectans. **Quis**
 nō illi respondes inquit. **Et**
 gone hoc pacto te deprimi pa-
 tere? **Occurret** aut; ratio si
 responderis inquit et non
 fueris huic superbo motui re-

Tertius.

luctatus rē facies ingratiā deo
 christianaq; religione prorsus in-
 dignā. **Iuxta** hoc si grauitex uiget
 carnalis illa cogitatio et fortasse
 diabolice tētationis igne succen-
 sa uinat; tamē ratio diuina ui-
 uante grā moritur quidē tu-
 mens illa ac turgens inflatio
 sed in cruce moritur. **Cruce** enī
 diuina lex est; cui per timorē
 ueluti clauis quibusdā affigi-
 mur. **Luctamini⁹** aut; labor
 pena est quā in ipā cruce tole-
 ram⁹. **Disce** tu p̄e cetera
 uitia; et iuuenēs monachalem
 professionē sine maui⁹ abrenū-
 tiationē; nihil aliud esse nisi
 crucis ac mortificationis iudici-
 ū. **Et** quōd oī christiano neces-
 sario cruce ferenda sit; cruce tū
 monachi tanto durior atq; mo-
 lestior est. quanto angustiorib⁹
 obedientie legibus est obstrictus.
Quid igitur facies o monache
 qui christiana cruce nihil ma-
 gis exosum esse euidentibus of-
 tendere non desinis argumen-
 tis? **Christi** uerba sunt. **Qui**
 nō accipit cruce suā non est me-
 dignus. **Quod** si forte rogas;
 cuiusmodi cruce uoluerit
 intelligi. **Christus** respondet.
Hilarius hanc cruce nihil ali-
 ud esse; p̄tereq; proprii corpo-
 ris castigationem et uitiorū
 cōcupiscentiarūq; domitacionē.

Speculi

Afferet enim illud apostolicum. Qui christi sunt: carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. Hoc est qui veri sunt christiani christoque vera charitate coniuncti ipso iuvante spiritu carnem subviciunt: expellunt vitia concupiscentia domant. ut quibus praevalent ac stimulentur charitate tunc extinguerent nullo modo possunt. Et haec est tota victoriae ratio quia divinum metus clavus supernis affari legibus in sacra obedientia cruce persistunt. Nec turbare quicquam debet: quod divina legem christianorum tenere esse modo dicimus. Nihil enim est aliud: divine legi affirmum esse quicquam nisi divinis inviolabiliter obtemperare preceptis. In hac ergo cruce te deserto et hic voluminis tertiij facio finem. Nam et pater benedictus ita suae regule praefatione terminat: ut proficatur monachis a christi magisterio nunquam discedendum esse sed in monasterio persistendum ipsiusque christi passionibus per patientie virtutem participandum.

Finis liber Tertius.

Incipit liber quartus.
**Libelli quarti praefatio
novecenti ad ea que cupit
petenda disponens.**

Monachio
Monachio in pro-
pitis deo
tribus re-
cu libellis
egimus
quicquam
reudbiti
tu vivendi genus amplecti con-
cupiscas. Libellis inquam nequaquam
numera prolixitate fastidiosis
et quibus compendiosa non
desit tractatio qua possis que
legeris haud difficile meminisse.
Nam quod ad tertium pertinet
volumen si paulo diligentius
illud insperceas parvula. Cas-
siani verba que (si voles) absque
labore memorie commenda-
bis: lectorum tibi memoriam
facile reficabunt. Nunc ergo
si placent haec et ea prudenti con-
silio magnanimiter obsecra-
re constitui ingredere feliciter
eum locum quem capituli eorum que
vocantur nec ignarus eorum que
petere debeas: huius proster-
nere mente deuota ne forte
corporis situs humilem animi
mendacibus iudiciis promitte
videatur. Supplex itaque iacens
precatione sustinebis abbas.
Rogabit enim te quoniam sit tua
postulatio. Cui responsurus
es non duplici corde. efflagitac-
te divina misericordia: ordinis
misericordiam et fratrum societatem.

Libertus.

hec ubi finieris iubente patre
 resurgens: fixusq; stabis modesto
 religiosorumq; gestu et no corpo-
 reis modo sed animi quoq; bene-
 uolis atq; attentis auribus q; ti-
 bi dicenter auscultabis. Nam
 breui declamatiuncula quidna
 habeat ponderis ista tua postu-
 latio: aut ipse declarabit patre
 aut pec aliu quelibet idoneu
 iubebit exponi. Sed qm leui-
 ter admodu audita solent eua-
 nescere verba: ego tibi hoc loco
 abbatib munus exhibebo bona
 q; quarti huius libelli partem
 in illustranda enudcandaq;
 tam solenni pctioe cosumam.
Quina uiam ab intelli-
gente neoptito no ita pcti-
quasi ea ante no senserit:
sed alia ratione que poste-
rius declaranda est.

Caplin. pnuu.

Questatus es igitur i-
 ter hoc tra q; pctisti:
 primo loco diuina
 te petere uiam qua
 si ad hoc usq; tempus no senseris
 fieri non potest ut culpa uacab.
 Etia pro diuinis beneficijs no
 agere gras (que nimiru ab eter-
 ne misericordie fonte profluunt)
 no parui criminis est. Quia
 sit igitur mortalium nemo qui
 non multiplici ratione diuine
 sit obnoxius bonitati nullus e

Tertius.

oio qui ab agendis optimo
 deo gratis excusare se possit.
 Non uidetur inter mortales
 ulla abiectior esse conditio q;
 hois hostiati uite necessaria
 mendicantis: et tu si rationi
 auscultare uerit. et silis esse
 nolit equis et nullis quibus
 no est intellectus: intelliget
 ipsam mendicitate patienter
 ea feceribus grandis esse bo-
 ni parente quippe q; purgatas
 aias ad celu euehat nec eis
 alia post hanc uitam purgatorij
 ignis expiatione sit opus.
 Lazarus em ille euangelicus
 qui ad ostium diuitis iacens me-
 dicasse dicitur post multiplices
 presentis uite miseras: a beatis
 angelis in sinu abrahe delatus
 esse perhibetur. Quantas igit
 illu misericordissimo deo gratias
 nunc et agere et habere pua-
 du est: qui se videt pro pauco-
 ru annoru laborib; doloribus
 q; iuuante dno equo aio tolera-
 tis eterne felicitatis ineffabilia
 gaudia possidere. Nec dubiu
 quia inter dolendu grauissimis
 impatientie stimulis faciente
 sathana punctus sit sed perstat
 diuine gre munere egitq; uici-
 liter preclaru inuicte patientie
 munus a dno postulare no desi-
 nens. Et nisi supne cosolatio-
 nis dulcedine intussec aliqui

Speculi.

senfisset non poterat tam duces
omni posita murmuratione
perferre dolores. Itaque quotiens
eū dñs pro inenarrabili benigni-
tate consolari dignabatur nō est
ullo modo dubitandū quin deus
illi grās egerit: ac sic modo
grās agendo, modo patiendo ge-
mendo pulchragz necessarie paciē-
tie dona postulando tempus terebat
sed dolor finē iuvenit voluptas autē
nullo claudenda termino felicitate
pseuerat. Igitur si pro malis agen-
de sunt gratie pro bonis quid fa-
ciendū? Debet ergo considerare
semetipsū ac diligentius explorare
quisqz ille est quantumqz dño debe-
at q̄ studiosissime valet intueri.
Nam si innocenter viuit, inmensas
debet optimo gratiarū largitori
grās: cuius ingenti munere et
peccata vitat, et sacras gaudet
amplificari virtutes. Sin autē pec-
casse se meminit et preteritis
dolens ex aīo penitet obnoxius
est pro tanto munere supra q̄
dici queat optimi conditoris in-
finite bonitati. Qui vero nec
inuens nec penitens est et tū
minime se putat inter peccatores
numerari debere propterea q̄
nō est pessimis facinoribus obrutus
et obvolutus quisqz talis ē t̄p̄s
remissus ac dissolutus est et nō
multo melior eo qui manifestis-
sime peccat. Solius autē profici-

Monachoz.

entis est atqz perfecti diuine
misericordie munera pondera
et ad singula beneficia dignas
grās agere. Quod quicumqz
facit alacri mente letiqz voce
prophetiā illud reperere gaudet.
Misericordias domini in eternū
cantabo. **De penitencie et
diuine misericordie onere
disputat. quedā beati ber-
nardi verba pertractans.**

Caput secundū.

Ad hoc ipso vesiculo
beatus bernardus de
multiplici beneficentissi-
mi dei misericordia
verba facturū inuē sūpsit mox
qz secutus est in hunc modum.
Et qd̄ cū incipiens nescio q̄ co-
gitatio de penitencie huius onere
murmurat: ut aggrauet illud
super occurrē meā. Perfectus vero
bernardus: et hōis perfecti ver-
ba proloquitur, nō tamē vsqz ad
perfecti quin sedulo proficiēdis
id ipsū quod hoc loco valet expe-
ri in se quoqz feliciter valeat expe-
ri. Sentitur autē penitencie
noīe ieiunia vigilie et quicquid
deniqz molestū ducū ve videtur.
Siquidē hec oīa veteri monachi
preferunt ut et peccatorū veni-
am: et diuinū pro merentur
amorem. Inchoantibus autē et su-
perne charitatis fecundōre nondū
expertis admodū onerosa viden-
tur

nec mirandū si reuerius a miraculis cogitationibus oppugnentur. Verū ubi proficere ceperint leuatur onus et quanto plus profectus creuerit tāto fasces leuius ferunt. Nā diuina cogitatio miserationū mentem in superna leuat uiroq; modo in dulcissima gratiarum actione dilatat. Quantiūq; tā profecerit hō nūq; eo puenit ut insipidas exterioris hominis murmuraciones proorsus extinguat. Tale est igitur qd ait bernardus. Quid sibi uult exterior iste hō cū suis murmuraciones? Hinc huius onus penitentię: qd incenobio salutis consequende causa portamus dicitur minus esse causatur. Ego inquit aliud onus sentio: suauius quidē sed utiq; multo maius. Sic enī onerat me misericordiu suū deus sic concludit sic obruit beneficijs suis ut onus aliud sentire nō possim. Hactenus bernardus. Graua sunt hec uerba secundaq; sensibus optatus et digna q̄ diligentius intueamur. Quasi diuine misericordie: q̄ penitentię pondus eē fatetur. Nec inuicito quidē nā penitentię comes inuidiuus labor accedit considerationi uero superne misericordie mellifluis sp̄ est p̄emissa dul-

cedo. Sed querendū cur dei misericordies copiosissimas quas pro immensa sua pietate nobis exhibuit: et quoad uinum cumulare nō desinit ineffabilem bonorū accerū nobis in celestibus post huius uite misericordias largiendū reseruandū oneris nōte uoluerit appellare. Nempe queadmodū graue nimis onerosūq; pondus: a portante gemitū haud difficulter extorquet. sic diuine misericordie onus dulcissimū ferentē intelligentēq; tacere non patitur. sed in suauissimas erumpere cogit gratiarū actiones. Et qualiter onus qd portantis uires excedit: nisi cito reuocatur. diu ferri nō potest. sed ferentē deprimunt huiusq; prosterunt sic onus diuine misericordie si tacendo. id est absq; gratiarū actione feratur. quibus uideatur non sentiri ferentē tamē quā ex hac uita decesserit. in flagrans tartari profunda demergit. Sed fortasse dicat. Qui sic peccat ob propria peccata ingratiuitudinē nō ob diuinas miserationes quibus dum uiuere est abusus. Recte sentis. Sed neq; nūc dñi proprie loquendo in se ponderis aliqd aut oneris habet. Verū diuina uis miserationū onus ipa intelligitur obligatio qua deo nostro tanto magis sumus obnoxij quanto eas abundantius experimur.

Speculi.

Nam ut beatus ait gregorius
dū crescunt dona: rationes etiā
crescunt donorum. Peccatori igitur
ingrato ingens diuinorum bñficia
orū cumulus nullū pondus eē
videtur: nihil enī intelligit nihil
sentit. sed postmodū miser sen-
tire cogitur quantū pondere
negligenter tulerit qđ quia dū
vixit salubriter sentire noluit
molestissimo propriarū negligē-
tiarū pondere pressus apud suū
sine gemisat. Qui vero mentis
oculos aperire nouit, et diuine
mūe tam cōmūna qđ peculiaris
dona vigilantius intuetur onus
quidē sentit sed nihil ei p̄t acci-
dere dulcius. Nā quisqđ sapit
immensa dei nostri bonitate li-
berissime fruatur. Et qđuis in dō
parabiliter se videat obligatum
nō ob id tū anxie cruciatur nam
si se totū deo dedicauerit: certis-
simū habet nihil a se plus exar-
tū iri. Possunt autē diuine mūe
etiā alia ratione maxima pon-
dere onerisqđ videri. Vniuersę
nāqđ virtutes quarū regina cha-
ritas ē prestantissima sunt celestis
mūe dona. Nihil autē hūa-
na cogitatione leuius: nihil
volucius proferri p̄t. Et tamē
sacere deo dicenti animi cogitati-
ones diuina fruente nūa ita
figuntur ut nec ob lasciuę car-
nis petulantiam nec ob iniquas

maloz hominū suasioes nec
totā deniqđ furentis sathane ve-
tute a deo quoquo modo dimoue-
antur. Quid autē dulcius quod
suauius: quid mellifluentius
rei huius experimento. Quid
tam uirtudū qđ sentire cogita-
tiones suas dulcissimo usu tam
tenaciter affixas ut aliozū mul-
ta possint ratione tradita. Pro-
fecto diuine mūe tantū munus
ascribendū est: nō nostre misere
nostris ve viribus quas nullus
esse constat. Est igitur celestis
mūe vel pondus vel onus mil-
to suauius onere penitentię id
est ieiunij, vigilię, operibus
manuū laboriosis et ceteris id
genus. Nam talia quatenus
amara sunt esse suauia nō pos-
sunt: quatenus autē vtilia et di-
uine gratie dulcedine condita
placuit delectantqđ nō nimirū
At vero ipā grāz actio qđ in di-
uinorū beneficioz cōmēdatione
tota versatur: preter metā dulci-
tudinē habet nihil. Est ergo di-
uine miserationis onus onere
penitentię nō modo suauius
sed etiā maius. maius inquit
id est prestantius dignius pre-
clarus, longeqz maioris gra-
uiorisqđ momenti. Ad penitē-
ciam nāqđ pertinent: ea qđ deo
nos integerrima voluntate
libenter offerimus. Offerimus
enī

. Liber .

cū illi et corpus et animū que
duo nobis ipse donauit. Et q̄
dem penitendo corpus affligim⁹
cū vero dolemus. Sed bona
uoluntas dei est patientia. quā
in te penitendū custodimus dei
est. Quicquid in te bonarū
cogitationū mente versamus
dei est. Et ne plures agam⁹
quicquid boni rationē habet.
diuine nūc munus esse dubita
ri non potest. Conferam⁹ igitur
(si placet) que nostra sunt cū
his que sunt dei et intelligere
poterim⁹ quantum celestis onus
nūc: nūc penitentie onus excedat.
Ideoq; insipientem cogitationē.
Bernardus appellat eā que sup
penitentie difficultate murmu
rat et graue nimis eē trusat.
Hic cū flatūs ē sathane penitē
tiū cogitationes bonas auertere
molentis et murmuratiōas
inmittentis quibus quum assen
timur: insipientes profecto sum⁹
Siquidē nostrā ipsorū salutem
parumpendimus: dū remissi
paulatī efficiamur. et virtutū
oīm grauius efficiamur detri
mentis. **Totā bernardi peri
odū scrutatur exponēs quid
nā sit diuinis miseratiōni
bus onerari quid concludi.
quid obui.**

. Capitulum. iij .

. quartus .

Non est tū omnium
huius oneris dulcissi
mi sensū experiri.
Gultū nāq; distant
sentire et intelligere. Qui bo
no peditus est intellectu: et in
scripturaz diuinarū lectione cre
brius exercetue quiq; semetipsū
diligenter circūspicere nouit:
misericordias diuini cōmunes
q̄ proprias atq; peculiare intel
ligere facile potest. Benture autē
deuotionis est q̄ ad feruorē pec
tinet charitatis. Igitur q̄ uolē
mentiore tentatione pulsatur
inter ipas molestias trebro tali
fraudatur dulcedine: nec agen
darū gratiarū sp̄ meminisse potest.
Gultū nāq; facit si vigilanter
orat et illesam inter aduersa pa
tientia seruat atq; custodit. Sed
nō est presentis loci de tentatiōe
tractare. Solet etiā dñs nonnul
los cenobiū recend ingressos: nec
ulla tentationū disciplina cate
rius eruditos: pro infinita sua
bonitate melliflua quadam
in te deuotionis dulcedie pec
fundere. usque adeo ut nihil
eis dulcius monasterii disciplina
cenobiticaz cōuersatione uide
atur. Sed nō hoc suauē celest
tiū misericordiarū onus sentire.
Est enim consolatio quedā breuis
simo fortasse tempore duratura.
Verū quantumq; permaneat

Speculi

auferenda est aliqui. **M**eres
se est enim salua sui apostolica
sententia qua iacobus ait.
Beatius vir qui susceperit tenta-
tionem: quam qui probatus fue-
rit accipiet coronam vite. **Ta-**
les itaque consolationes ideo
neophitis diuina bonitas
elargitur. ut ingruentibus
pulsantibusque molestis non
desperant: nec in religiosis
exercitijs quoquo modo repes-
tant. sed iuxta scripture senten-
tiam in die malorum meiores sunt
bonorum: id est inter presentes
vexationes preterita bona me-
moria repetant. firmissima
fide credentes eundem esse deum.
qui quando vult consolatur. et
rursus qui vult seruos suos ten-
tari permittit. ipsique soli notum
esse quid cuique potissimum expedi-
at. **S**ed nonnulli post diuine dul-
cedinis experientiam insurgentia
tentationum certamina noxia sibi
faciunt. **C**ito namque fatigantur
et dum pugnare nolunt: bene-
cepta studia desecunt. grauissi-
mumque salutis discrimen incurunt.
quod et nos euidenti cognoui-
mus experimento. **S**ed ad reli-
qua beati bernardi verba que
non dum attigimus reuertamur.
Sic enim onerat me miserationi-
bus suis deus inquit. sic concludit
sic obruit beneficijs suis ut onus

Monachorum.

aliud sentire non possum. **V**ideo
beneficia a miserationibus mi-
hil differre sed utroque vocabulo
vnum idemque significari. **M**iseri-
cordia namque dei ipse deus est
sed humano more de deo lo-
quens misericordiam illi inesse
fitemur. **E**st igitur miseri-
cordia dei diuina ipsius ma-
tura. pia clemens benigna
et misericors misericordia propria
cognoscenda atque ad ipsius
infinitam bonitatem toto corde con-
fugientibus opere omni tempore ferre para-
ta. **M**iserationes vero dei ipsi
sunt beneficia. que misericors misericors
dixit impartitur. **S**ed et in
plurali numero pro miserationi-
bus accipiuntur. **Q**uid igitur
est diuina miserationibus onerari
vix. **N**empe copiosis a deo bene-
ficijs locupletari. **Q**uod ergo
bernardus ait: sic me suis mi-
serationibus onerat deus tale
est ac sic diceret. **T**antas agen-
daru gratiarum causas bonitas in
diuina ministrat ut de alio
quolibet onere cogitare non
possim. **S**equitur. **S**ic me suis
beneficijs concludit et obruit.
Vis videre quomodo pacto diu-
inis beneficijs vniuersis concluda-
mur? **E**xpositurus quidem
bernardus se ipsum: sed affere-
mus tamen nos aliquid quod be-
neuolus auditor haud abscedu

90
liber.

arbitretur. De generalibus in-
serationibus verba facturi sumus:
nam quisque collata sibi beneficia.
ne diuinitati inueniat ingratus
vigilantissime debet intueri et
omnia (quatenus potest) velut in
vni colligere fasciculum ut sin-
gulis quibusque diebus debitas op-
tuno possit gratias agere largitori.
Aut nos igitur est redemptoris
nostri vita: quatuor euangelis-
tarum voluminibus comprehensa.
Illic diuinas misericordias con-
templari licet copiosissime. Nam
quid aliud nisi ineffabiliter di-
uine nostre dona sunt christi na-
tuitas, apparitio, circumcisio, in-
comparabilis obedientia, qua pa-
rentibus subditi non est, dedig-
natus, baptismus, ieiunium
victoriosus cum sathana conflictus
predicatio passio, et cetera omnia
que memoratis codicibus am-
plissime continentur. In his medi-
tandis quisque studiosus exerce-
tur nunquam in sancto languescit
proposito: sed pergit alacres et
na gratia aduente permittunt.
Post nos autem verus est testa-
mentum. Nam ut apostolus ait, nos
precessit dies autem appropin-
quant: nos inquam umbrarum
atque figurarum. Nam ante redemp-
toris nostri aduentum ad umbra-
te futurarum rerum figure iudeis

quartus.

exhibebantur, nunc autem relictis
grate clarissimus lucet dies. Beati
qui perspicacibus oculis intuentur
illum et in tanta luce sollicitus
ambulare conantur. Post tergum
igitur respice et videbis isaac
ligna ferentem quibus alligan-
dus erat et hostia futurus nisi
ab angelo prohibitus pater fuis-
set. Reducito nunc aspectum et
quod ante oculos est attentius
speculare. Spectabis enim virge-
nitum dei filium opprobriosam cru-
tatem: cui pro nostra redemptione
affigendus erat diuinis hume-
ris cum incomprehensibili charita-
te ferente. Videtur ne tibi me-
narrabilis nostre munus: hec le-
gere posse volumina et tam
ante quam a tergo tam gloriosus mu-
neri subsidio quibus et peccata
vitare possumus, et in amore
christi dulcissimum letissime rapi.
Adextreis autem innumeris sanc-
torum protegimur gestis quos in
extremo iudicii die ad christum dex-
teram custodiendos esse minime
dubitamus. A sinistris prano-
rum reproba vita conspiciatur:
aduersus quos diuinam cognos-
cimus processisse vindictam. Quos
vix in his considerandis sese
diligenter exercuit et in melio-
ris propositi fastidium visus est
incidisse. Nempe nemo. Gau-
deamus igitur et exultemus diuini

Speculi

nus miserationibus vndiqz nos
ēē conclusos. Sed quid est qd
nō solū concludi verū etiā obrui
se bernardus ingenti miseratione
nū dñi copia proficitur. Obrui
operiri vel obtegi est: sed est tñ
discriminis aliquid inter utrūqz.
Nā cū (verbi causa) lapidibus
quēpiā obrūtū dicim⁹: intelligi
volum⁹ ita super eū coactura
tos lapides, vt consurgere
ōino non possit. Nos igitur
recte diuinis beneficijs obrui
dicimur. **Nā** quotūqz mentis
verctamus aciem: nihil preter
diuina munera speculamur.
vnde fit vt agendis gratijs pa-
res esse nullo pacto valeamus.
Verū pius pro sua benignitate
dñs. minimū illud qd possum⁹
dū mente bona sinceriter offeri-
mus habet acceptū. **Quod** autē
concludens bernardus dicit, vt
onus aliud sentire nō possim per-
inde est ac si diceret nolim. **Nā**
et nos eo loquendi genere famu-
liariter vtamur. **Quod** etiā nō
lumus: id nullo modo nos pos-
se profitemur. **Quis** autē hanc
asseram⁹ interpretationē prude-
tem dubitaturū scio neminē. **Nā**
que corpori molesta sunt caro
nō sentire nō p̄t verū dei ama-
torū anim⁹ ea perferre posse gra-
det: et carnē aliud petentē au-
dire recusat. **Sequentē ver**

. Monachoz.
nardie declamatiois exponēs
particulā eoz soluit q se in-
feriores esse causantur. qz
ut dei miserationes cōtem-
plari et debitas pro eis gra-
tias agere queant.

Capitulum. iij.

Uertur etiā sua meri-
ta. quib⁹ agendis
sp̄ meritis est pau-
latim immunitum
ui. si ob molestias carnis qua
necessario circumdatur langu-
dior fiat et pro acceptis bñficijs
largissimo conditori remissius
ac parcius grās agat. **Pro**
de seipsū exatit dicitqz cū pro-
pheta. **Quid** retribuā dño pro
ōibus que retribuit michi. **Sed**
et hoc post memorata ber-
nardi verba sequitur. **Non**
autē directiōnem nostrā: et quib⁹
nā plerūqz dicere soleamus quā
ad exatandā desidiam nostram
talīa forte proferuntur. **Dicim⁹**
etiā. **Magis** viri illi diuinis
bñficijs copiosius aucti maris
agendarū grāz habuere causas:
et nō inuicito diuine magni-
ficande largitati se totos impē-
debant. **Quid**ni marinus ille
dauid ingentia cega se dei bene-
ficiā magnifice predicaret: **hūc**
etiā vniuerso israhel regē profert
dñs: subicit ei gentes nomen
sobrii surgim9: inculpabiles tūc
nūm9. **H**ec in alijs quoq; que fo-
uēde carni necessaria sunt sequē-
da est ratio vt videlicet q̄ mini-
mū possum9 voluptati cōcedam9.
Nā hoc loco desideria pro supfluis
voluptatib9 accipiuntur. **S**equitur.
Voluptatē propriā odire. **V**irtutes
vniuersas a charitate procedere et
ab ea velut a parente ferēdissima
figū certissimū est. **V**irtutes dico
perfectas. que nos deo conciliant
et vna cū matre charitate vitam
mereant9 ceterā. **E**t ne quisq;

Liber

theologorum nos in hac parte fortasse reprehendat et inepte probet esse locutos hoc nobis (ut arbitror) libere concessurus est nullam sine charitate deo placere virtute omnium ac singulas ab ea profici. et verarum virtutum nomine donari. **N**ec aliud aliud dicere volumus: quam virtutes universas de charitatis fonte manare proficere. Deceueramus autem per singulas virtutes de quibus hic pater benedictus agit. hoc ipsum ostendit sed res tam clara tamque perspicua est ut nos superfluos. haud immerito lector existimare possit qui in te manifestissima sunt causa fuerimus inuozari. **Q**uam enim sinceram cupiamus amicitiam iuncti fuerimus: et nos qualibet est causa locorum distantia separari contigerit. nonne amoris cogente vehementia mutuis nos literis visitamus ut per eas saltem vicissim sermoneamur. qui vocalibus verbis presentibus ut prohibemur. **E**t quid aliud diuina sunt volumina: nisi dei nostri verba. quibus nobiscum loquitur donec in hac peregrinatione versamur. **O**ro vero quid aliud est: nisi sermo ad dominum missus. quo nostras illi miseras aperimus ipsiusque petimus opem nihil ambigentes cum et scire et intelligere omnia. nosque ab eo et audiri et exaudiendos esse simpliciter perexerimus auscultare voluntati. **T**ubet igitur charitatis sacros

. quartus.

nos legere codices iubet orare. iubet quicquid est peccati desistere. iubet et propria nos perseverabiliter odisse voluntate. **Q**uid enim est propria voluntas nisi appetitus exterioris hominis recte rationi charitatisque contrarius ac per hoc diuine voluntati sepe inimicus. **S**ed non sufficit monacho huius voluntatis odium nisi abbatis voluntate tanti faciat ut eam sue profert voluntati etiam si sibi videatur optimum quod in eius veritate animo et fortasse longe melius. quam id quod ab abbate fuerit imperatum. **E**t si forte sese inimicus immiserat: seque tentari sentiat monachus. ut sue potius. quam abbatis pareat voluntati nunquam vera tranquillitate fructur quoad usque propria odisse didicerit ac detestari voluntate. **H**ic enim charitas iubet ut christi vicario perinde atque ipsi christo ex animo pareatur. **N**ecessesse est igitur si saluos nos velimus preceptis abbatis (ut sequitur) in omnibus obedire etiam si ipse aliter (quod absit) agat memores illius divina precepti. **H**uc dicunt facite que autem faciunt facere nolite. hec benedicti verba sunt. **Q**uisquis ille est cui sub abbate malo militare contingit. si non eo perfectionis ascenderit. ut iam in charitate radicatus sit et fundatus aut speciali benignissimi dei donatus gratia: qua fiat ut preter salutem propriam nihil attendens abbatis

Speculi

transgressionem aspiciere nolit: ceteramē grauiſſimū patitur et niſi in orōne diligentiffimē pſeueret magnū ei diſcrimē imminet ne autē relicto propoſito terrenū ſe dedat voluptatib⁹ autē cōtinuo murmurare rancore atq; ſuperbia q̄cqd bonū facere videt cōmaculet ac ſperata virtutis mercede fraudetur. Bonū proinde eſt priuſq; te irrecuocabili voto vincias experiri quib⁹ ſit moribus id ſub quo militare conſtituſ ne poſt modū turpiter penitens dicas: qđ ſtulti dicere ſolent non putabā. Nam poſtq; profeſſus fueris: et in diſſolubilib⁹ voti vinculis alligatus nō eſt penitendū nō poſt tergū reſpiciendū ſed proficiendū alacriter ac diuīſ legibus abbatūq; p̄ceptis in oīb⁹ hūiliter obediendū. **S**equitur. Non velle dici ſanctū anteq; ſit: ſed priuſ eſſe. vt verū dicatur. Sanctitatis concupiſcere nomē intolerabilis demencie eſt: nec dubitari p̄t quin talis amor turpiſſima ſit inanis gl̄e proles. **S**ed qm̄ vane glorie prurigo extrema ſathane tentatio eſt: nec q̄cqd habet inter oēs ſuas artes. quo monachus qui plurimū in oī virtute profecerit piculoſius inſidiet. beatiffim⁹ benedictus poſtq; tot tantūq; bonorū operū recenſuit inſtrumenta hanc ſc̄i noīs affectationē vitandā monuit

monachor.

non abigens perfectos monachos aut certe perfectioni p̄p̄inos huiusmodi tentatione moleſtiſ ſine plerūq; verari. **V**elle igit⁹ ſanctū dici ſtultiſſimū eſſe autē velle honeſtū pulchrū ac neceſſariū nec p̄t hmoi amor nimis eē. **N**ā quanto flagrantior fuerit: tanto maior virtutū ſc̄i profectus. **V**t etiā diabolicū eſt ſanctitatis appetere nomē: ſic cōtrario diuini eſt poſſidende ſanctitatis amore succendi. **S**ed ne tunc qđē. quū diuina ſanctitate grā ſanctus euascent monachus. ſanctus quoquo modo dicitur volēt: q̄nūmo quanto plus in oī ſanctimonia reuerit. tanto ſe credet eſſe minorē. **H**ec cū perfector eſt vera iuſticia (vt glorioſi leonis verbis vtar) vt nūq; ſe credant eſſe perfectos. **S**ed quonā pacto benedictina debem⁹ intelligere verba: quib⁹ monachū admonet. ne ſanctus dici velit ſed priuſ eſſe laboret vt verius dicatur. **E**rgone ad cū finē monachus tendit cuiſq; rei grā in oī ſanctitate dno ſumulat: vt aliqui ſanctus ab hominib⁹ appelletur. **A**bſit nec ſic intelligi debet benedicti p̄b ſententia. ſed magis hoc pacto laborandū eſt monacho totis virib⁹ vt ſanctus ſit. quo talis poſſit diuino cenſeri iudicio

liber.

atq; a supernis spiritibus et beatis
sibus appellari. Sed et hec vera est
humili humanasq; laudes fugienti
u; et vere sanctorum gloria. ut huma
na premia que tota virtute fugerunt
amplissime consequantur. Dicitur
enim sancti: qui sancti penitus ap
pellari noluerunt quinimo ab
vniuersa catholicorum ecclesia glo
riofissime celebrantur. **precepta
dei quotidie factis adim
pleda et cur amanda pon
dixerit castitate que habenda**

Sequitur. precepta dei **Ca. xliij.**
quotidie factis adimple.
Hec est sincere charita
tis probatio. **Sanus. 11.**
et castus est amor: que diuinorum
mandatorum observatio non approbat
atq; confirmat. Sed quoniam diuina
precepta dei proximaq; charitas
includat usque adeo ut tam lex
que prophete in ipsa dilectione con
tineri dicantur. nihil autem sit aliud
precepta dei quotidie factis adimple
nisi charitatem non derelinquere de
quo supernus dictum est. quid enim
suis oportuit eiusdem rei fieri men
tionem. **Quantum michi videtur**
ostendere voluit patet benedictus
quo non modo vera ac defecata
sanctitas obtineat. **Dixerat enim**
non affectandum sanctitatis nomen
sed ipsam potius inquirenda ser
uandaq; sanctitate. Itaque tacite
satisfaciens questionem (rogaret)

quartus.

enim fortasse quispiam quisnam obti
nende sanctitatis modus sit optimus
respondet ita demum optata com
parari posse sanctimoniam si quis diu
ina precepta quotidie factis adimple
meminerit: et ad extremum usque die
in ea exercitatione versetur. **Est**
et aliud aliquid quod hoc loco possit
haud inepte desiderari. **Quoniam enim**
virtutum perfectioni quisque propin
quat. atq; in bonorum operum exer
citiis pugil est. seque diuino famu
latum totum exponit inuidens sathana
(cui peculiaris inuidia est imo
vero qui nequissime est inuidie
parens) tam glorioso profectui quam
se videat tam sublimiter ascenden
ti viciosum nihil posse suggerere
persuadere nititur ei. que sibi non
parat. inter cetera bona virtutum
omni maximam non habere discre
tionem. **Quibus dolos que intelligunt**
diuina adiuta gratia vident. surda
que pretereunt aure que vero stulti sunt
negligentius incipiunt agere
existimantes se ita iam profecisse ut
nihil eis deesse videatur. **Ita fit**
ut que perfectioni plurimum propin
quabant: dum sibi plus equo con
sulcius indulgent. amissa sanc
timonia negligentibus tandem ac
tepidis auerentur. **Nihil ita**
que tucius que diuina precepta quo
tidie factis adimplere. **Sequitur.**
Castitatem amare. Non immerito
mirari possis. cur non dixerit

Speculi

castū esse. Castitas enī corporis cor-
disq; mundicia est quarū utraq; neces-
saria non ambigitur esse saluti. Pre-
cipue autē ea puritas qua mens oīs
illucite rei amore fugato nitescit.
Nā ea dū viget, sincerū conseruat
et corpus. Sed monachus fornicatio-
nis atq; oīs immundicie spūs q̄
aliarū conditiōnū hōib; longe im-
portunior est atq; molestior. Qui
vero cebruis appetitur immūdarū
cogitacionū suggestione et in eis
repellendis frequentissimē laborat;
sepenumero tū horrore quodā ad
diuinās laudes modulandas acce-
dit. Totus nāq; sibi ip̄e sordet et
q̄uis nulli consenciat impuritati
tū propter sordidarū cogitacionū
diuturnā importunitatē totus sibi
velut luto stercoreq; cōspersus in-
uisus est diuinisq; laudibus (q̄ me-
te purissima quoad fieri p̄t pronū-
ciande sunt) se presentare nō au-
det. coq; terretur magis quo inter-
psallendū quoq; et orandū. male-
dictus ille sathan huiusmodi non
nūq; cogitaciones immittit. Sed
nō consentienti lentasq; delectatio-
nes admittere peccitescenti sp̄q;
nequissimo tentatori pro viribus
obsistenti diuinā indefinenter ex-
petenti grām animūq; (ubi neces-
sariū visū fuerit) confessione vera
sacraq; penitudīe diligentius expur-
ganti. oīno nihil metuendū est.
Quicq; .n. psuadere nitatur ad

Monachor.

necessariū viriliter irideat atq;
repellat. Dicit ille nequissima
suscuratione murmurans castita-
tē amissit. respondeat autē mona-
chus. Dentis vt soles. Neq; enī
aufert castitas immūdū nihil nec
facienti; nec amanti. Non igit;
sic tentatis sordidorūq; cogitacionū
fastidia. tolerantiū conuenientius
remediū adhiberi pōt; q̄ vt in
pulcherrime castitatē amore sanc-
tissimo perseuerenti. Sic enī cha-
ritas iubet q̄ nullā sibi vult des-
se virtutē. Ob hanc igitur rationē
(vt mea fert opinio) dicere ma-
luit b̄ndictus castitatē amare q;
castū esse. **Nullū mortalū
habedū odio zelū malū iui-
diāq; vitandā cōtentionēq;
nullo pacto amādā. cā. xij.**
Aquit. Nullū odire. Qui
deū et proximū vere di-
ligit; odire pōt nemi-
nē. Neq; opus fuerat
huius meminisse p̄cepti. si non
ad perfectionis culmē monachū
p̄ sanctus euehere simpliciorib;
consulere studisset. Quod vt
perfectius intelligi possit exempli
quippiā subijciamus. Est in cen-
bio monachus q̄sq; loquacior equo
est alius aliq; loquacitate huius
modi iniquissimo ferens aīo nec
fratrē illū tā serenū vt ceteros
aspiciat otulis. Molestū autē est ei
q̄ se memoratū fecim eodē amore.

liber

quo ceteros complecti non posse pro
 seq̄ aīaduertit q̄ tali fatigetur auer
 sione. fatiente nāq̄ simplicitate
 inter viā odii atq̄ p̄sone perfecte
 discernere nequit. **H**uic igitur cō
 sulit pater benedictus: ne preter
 viā q̄cūq̄ aliud habeat odio scēm
 vero perinde ac se ipm̄ amare non
 desistat. **H**d̄ q̄ facit odii p̄fecto ne
 minē. **S**equitur. **Z**elū et inuidiā non
 habere. **Z**elus et in bonā et in ma
 lā ampitur p̄t̄. **Z**elus bonus vehe
 mens cupiditas est rei cuiusq̄ ho
 neste studiosius perficiende. **H**onestū
 dico q̄cūq̄ ad diuinū honorē proximo
 eūq̄ salutē pertinere cognoscitur.
Contrario zelus malus ardens est
 desiderii illiciti cuiusq̄ rei p̄ficiende.
Inuidia vero dolor est: ex aliene fel
 citatis cōsideratione p̄cedens. **C**auē
 dū proinde ne in ea re de qua nobis
 incertū est: an bona penitus sit an
 mala. zelo quoque pacto feramur.
Verbi causa. **E**st abbas q̄sp̄iā in ar
 guendo et aīaduertendo paulo seue
 rior. **S**unt q̄ zelo ferunt̄ vehementis
 simo. vt̄ alius ei substituat̄. **I**mpri
 denter agunt. **N**eq̄. n. certū est an
 ea seueritas deo displiceat. q̄n̄q̄dem
 a diuinis iudicijs huāna longissimē
 distant. **I**ncertus igit̄ zelus p̄inde
 atq̄ malus fugiendus est. nec absq̄
 periculo frater erit. q̄ zelū vllū
 admiserit nisi quē sanctū sacrit̄
 esse deoq̄ placētē. **H**ecitoq̄ poste
 aq̄ nullū odio habendū p̄ceptū

. quartus.

est fugiendi zeli mandatū subiu
 gitur nōnūq̄ enī q̄ fratē se p̄uat̄
 odio non habere in zelū incidit mi
 nus certū. q̄ quadā odij speciem
 redolere videt̄. **V**erbi causa. **V**t in
 exemplo superiore p̄cristam̄ q̄ loq̄r̄
 fratē ferre non pōt̄. q̄uis sibi cō
 sciūs sit. non se fratē sed loquaci
 tate odio p̄scq̄ tū vt̄ ab oī sit
 molestia liber zelo quodā accen
 ditur modisq̄ nitit̄ oīb̄ vt̄ a con
 gregaciōe frater ille qualibet occa
 sione segreget̄. **I**mprudens est q̄s
 q̄s huiusmodi est. **V**t enī nosse p̄t̄
 an id qd̄ vehementissimē cupit fr̄
 salubre sit futurū. **I**taq̄ si ipsius
 opa studio atq̄ industria alio fē
 ille mittat̄. penusq̄ saluti sue con
 sulat q̄ fecerat ante. quonā pacto
 quietus erit zelator ille qui tanti
 detrimenti dederit occasiōē. **I**taq̄
 q̄ nullius viā contagione sedare
 se volēt. nullo pacto zelo vel malo
 vel incauto suā contaminari con
 sciāā patiet̄. **C**ontingit et alia ten
 tatio his q̄ iam in virtutib̄ subli
 mes euasere. **Q**uū enī quēpiam
 vident in vna aliqua virtute aut
 plurib̄ excellētius p̄fuisse. scq̄
 nondū eo p̄uenisse euidentib̄ intuen
 tur argumentis aīm inflāmate
 inuidie reptore sathana dolorē eis
 ingerit fraternā p̄fectio de qua
 gaudere q̄ plurimū atq̄ exultare de
 bebant. **E**t hec inuidia tanto prior
 est: quanto meliores sunt vt̄utes

Speculi

reteris bonis. **S**icuti sentit inuidie stimulus negaturque consensus non datur. sed meriti lucta pariter ne obest sensisse malum cui consentire nolueris. **O**portet ergo monachum et zelo carere et inuidia si monachus esse velit. **S**equitur ordine pulcherrimo. **C**ontentionem non amare. **P**enultimum regule inquit his verbis per sanctus inchoauit. **S**icuti est zelus amaritudinis qui separati a deo et ducit ad infernum: ita est et zelus bonus qui separati a vitiis. et ducit ad deum et ad vitam eternam. **Z**elo igitur malo quicquid succenditur: a contentionibus tunc sibi non potest quinque eo facile peruenit ut ipsum contentiose altercationis dederit amari. quod supra quod dia quod pessimum est. atque nequissimum. **C**ui vero laudabili zelo flagrat interdum velis noluit contendat necesse est. **V**t. n. gloriosus bernardus ait. **N**emo equo animo ferre aut dissimulare debet: quum ordinem deperire viderit. minus disciplina. **I**taque virtutis amatores si cum sacre religionis inimicis forte contendant non id eis dederit sed laudi potius dandum est. **A**mare tamen contentiones etiam de rebus vilissimis honestissimisque vitiosum se est. **Q**uisque. n. religiose sentit toto exoptat animo. ut quod distorta sunt cum quanta minima fieri potest contentio ne ad speciosam rectitudinem reducantur

Monachorum.

Pulchre igitur postquam de zelo tunc est subiectum est de non amanda contentione preceptum. **F**ugienda est iactantia atque iactantia seniores venerandos. iuniores a senioribus in christi amore diligendos. postremo per inimicos orandum. **C**ap. xlv.

Aequitur. **C**lacionem et iactantiam fugere. **S**uperius monachum benedictus admonuit non esse superbum. **C**ui vero superbiam calere per clacionem est atque iactantia victor. **V**idet itaque superuacuum quod nunc de fugiendo vitio iactantia papit. **S**uperbie namque species est clacio similiter et iactantia. **P**otest. n. clatus esse quisque nec esse iactantia. **S**iquidem clatus est qui de se sentit sublimiter et pro dicto aut faciore quolibet extollitur animo nec tamen ostentare se cupit ipsa sua cognitione contentus. **I**actantia vero non nisi verbis cognoscitur potest. **Q**uia. n. se quicquam imodecave laudat quod intus gerit latere non patitur. **S**ed quanto quod virtutibus auctor est tanto plus metuendum ne de diuinis numeribus suis ipsius viribus quod asserbat et de alieno tanquam de proprio inaniter efferat. **E**t quum perferentissimi quicquid huiusmodi tentatione per ceteris appetunt monachum pater benedictus: ut quoties in

mentē venerit supba cogitatio p̄
mo statim aspectu cōtēnat et ve
lut execrabilis procul abigatur.
Quū vero veniūt ad colloquū nisi
qui sibi diligentissimē prospiciat
nihil facilius q̄ vt incautū qd li
bet vebū ab ore profiliat. nulla
mala procedente cogitatione qd
tū silencia terisse maluerit. qui
se non satis soletter meminit cē
locutū. **S**tudiosis autē viris non
monachis tantū sed et optimis
q̄busq̄ christianis sūm opere ca
uetū est ne de suis virtutibus
(nisi necessaria qualibet exorta
causa) q̄cūq̄ oīno loquant̄ ne for
te loquendi studio tandē in iactā
nā fugere. **S**equit̄. **V**eniores vene
rari. **Q**uiaquid ad detestandū
malū amplectendāq̄ bonitatem
pertinere videtur colligere studium
benedictus. vt p̄iosissimū virtu
tū thesaurū breui tabella cōpre
hensū curiosis oculis speculantes
breuitatisq̄ delectati studio eundē
mōre tenaciori diligentissime
rōmendantes operibusq̄ persuerā
tius frequentes illesā et erga
deū et erga proximū charitatē
conseruem⁹ vitāq̄ tandē diuine
munere gr̄e perfruam⁹ eterna.
Itaq̄ nō ignorans vir sanctus
seniores a iuniorib⁹ interdū rō
tēni solet nōnūq̄ timeri potius
q̄ amari timore iniquā seruil
q̄ ab animis religiosis merito

procul abesse debeat. vtrūq̄ dede
tus vir sanctus sustulit quū senio
res a iuniorib⁹ venerādos cē p̄cepit.
Hanc quēadmodū iuniorib⁹ ita
seniorib⁹ quoq̄ diuersa sunt inge
nia disparesq̄ mores. **Q**uidā le
ues sunt et velut ad puericiā ve
uersi pueriliter multa gerentes
et ob id risū facile mouentibus q̄
minus morati sunt sacreq̄ religi
onis studio minus firmati. **R**isū
vero cōtēptus facile comitatur.
Quos. n. videm⁹ nūmū facimus
ner veneratione dignos christia
mus. **Q**uidā vero senes amari
uscili sunt supraq̄ modū morosi.
iuuenilesq̄ leuitates tanta seueri
tudine castigantes quasi per iuueni
tutē ipi ad seniles ānos nequaquā
puercent. **T**ales timeri solent
a iunioribus nō amari. **F**ugiunt
. n. parūq̄ abest interdū quin
odio habeant̄. **E**st. n. iniurando
cor et aspectus et affatus. **V**tri
q̄ tū iubente charitate veneran
di sunt. .i. et honorandi pariter
et amandi. **N**ā honor amoris
excess inanis est. **C**eterū hono
rem naturali quodā iure senect⁹
erigit; amorē vero flagitāt frater
na necessitudo. **f**ratres nāq̄ sum⁹
oēs. ex adam et eua progeniti.
Qui vero christiano censem⁹ noīe
maiore sum⁹ fraterne necessitatis
vinculo colligati. **S**i sub eadē
militam⁹ regula. et preter christi

Speculi

anā religionē etiā monastice pro-
fessionis gerimus nomē. iā terrā
fraternitatis gradū cōscendimus
et triplia velut sine cōneri ma-
re nos mutuo debem⁹ amore cō-
plecti. **Seniores** ergo quos etiā se-
culares (nisi forte pessimi sint).
fraudandos honore nūme putāt
a monachis iubente charitate ve-
nerandos esse nemo qui dubitet.
Illos autē seniores qui et bonis mo-
ribus et scientia pollent et nemini
sunt molesti q̄ venerari reuult.
nihil in se religionis inesse satis
euidenti declarati argumento. **Be-**
niorū tñ noīe non illi tantū in-
telligunt q̄ vicibus decursis aīus
senilē attigerunt etatē uerūcū
quotquot senili grauitate pollen-
tes prepositi cellari ac ceteroz officio
rū administratores cōstituantur.
Cauendū uero seniorib⁹ ne ob ho-
norē q̄ eis impendit⁹ vel minimū
aliqd̄ elacionis concipiant mona-
chus cū quanto plus progreditur
tanto de se ipō debet sentire sūmis
suis ut ad eā quā sperat eterne
glorie sublimitatē congruētius
euehi mereat. **Scit⁹. Juniores**
diligere in christi amore. **Uq̄** se-
niorib⁹ non precepit. ut iuniores
inclinato capite aut alijs extero-
ris reuerentiē uenerent⁹ iudicijs
(posset. n. id obesse nōnullis q̄ in
bonā sui estimatiōe faciliores atq̄
procliuiores esse consueuerūt) in

Monachoz.

perat tñ uirtutū magistra chari-
tas ut eos amore sincerissimo de-
ligat et tanto uehementius quā
to in studiosis uenerande religio-
nis exercitijs feruentiores cōspex-
erint. **Nec** in eis quippiā a ue-
ritatē regula dissentiens quoad p̄m
pullulare patiant⁹. quūmo eos
secreto admoneant. et si necesse
fuerit durius arguant⁹ quēcūq̄
(si ne sic qdē profecerunt) cū oī
charitate apud abbate ueraciter
ac moderanter accusent. **Hic**
· n. uerū est amor. quo sic ama-
mus fratres ne (quantū in no-
bis est) q̄c̄q̄ in eis xpō displicent
cōualescere patiamur. **Sequitur**
Pro inimicis orare. **Preceptū** est
superius diligendos esse inimicos
cuius rei adimplende facultatem
q̄s̄q̄ diuine munere gr̄e cōferunt
est: profecto quos diligit suū ad
deū p̄ab⁹ nūme fraudat. **Non**
· n. patitur charitas que in orōne
plurimū uiget cor nos inter orā-
dū obliuisci quos ipā nobis in
christo cōsiliant. **Quur** igitur
hic rursū p̄ inimicis orare iubem⁹.
Quantū ego sapio p̄fectissima
queq̄. finū reseruant⁹. **Inter** oīa
autē neq̄ssima serpētis studia hoc
vñ est. in quo noctes diesq̄ pec-
ne phibeat. vel inter orandū aut
distrabat. aut perturbet. **Qui**
uero consq̄ peruenierit ut pro illi

Liber.

in iuris libenter deū orat non fra
le a quoq̄ ita turbabit eā si gra
uissimus affectus fuerit iniurijs
vt ipsius orōnes impediunt
quippā pacantur. **Ante solis
ocassū cū discordātib⁹ in pa
cē esse redeudū et de diuina
misericordia nullo vnq̄
tempore esse desperandū.**

Capitulum. xlvj.

Sequitur. In discordan
tibus ante solis occasū
in pacē redire. Discordia
(q̄d eripā vocabuli cōpo
sitione perspicue claret.) cordiū
n. aīōr disparitas est siue dissen
sio quēadmodū ediuerso concordia
aīōr consensio recte definit. i. duo
rū plurū ve cor vni eadēq̄ vo
luntat. Et q̄m discordia pro ca
dissensione plerūq̄ solet accipi
q̄ ex verbosa controuersia nascatur
(dicuntur. n. discordantes. q̄ super
re qualibet altercantes dissencien
tibus aīō a se discedunt) hoc loco
tū discordie vocabulū nequaquā tan
m est angustia restringendum.
Siquidē discordiā vā parit quis
q̄d eū irasatur fratri ab eo protul
dubio discordat cōiuncta namq̄
corda ira dissociat atq̄ disiūgit.
Sive igit̄ nutu quolibet irasorio
ve conapiende occasiōē dederit
fratri. siue petenti negando que
q̄. quod faillime prestare poterā
siue durius respondendo q̄ decebat

quartus.

siue secretū prodendo. quod ille
michi crederat. siue alio quolibet
modo fratris aīō comouero si qua
psiciendi cupidine teneor (q̄d vnq̄
debeo si monachus eē volo) ante
solis occasū placet debeo fratrem
et cū eo in pacem redire. Quid aut̄
si comotus est in me frater. idq̄ ar
tis indignis cōprehendo nec tū michi
consensum sum dixisse fecisse ve q̄p
pīam q̄d ei displicere debuerit
quid agendū. Nepe si charitatē
magistrā audire volucro non
cū diuātur turbati paciar. quin
mo explorare nitar quid nā ad
uersū me habeat. et quib⁹ potero
modis vnanime faciā pacatūq̄
relinquā. Et quidē perfectius est.
iracundie tempus non relinquere
q̄ ante solis occasū in pacē redire.
Nā qui nullū tēpus ire concedit
mox vt iratū videt fratrem mitiga
re studet nec abscedere patitur
nisi placatū. **Sed** paucorū immo
vero paucissimorū est ista perfectio.
Proinde q̄ imperfectiores sunt hoc
salte sequant̄ vt ante solis occasū
cū discordantiē in grām redeant.
Sed fortasse rogab̄ cur preceptū hoc
non statī subicerit pater sanctus
vbi de tpe iracundie non relinque
do fecerat mentionē. **Vt** in videt̄
ea prius comōrari voluit. q̄bus
id effia comodissime queat. vt vel
raro admodū fratri vel nūq̄ iras
amur. aut certe si irasā cōtingerit

Speculi.

perip̄ leuis sit ira et q̄ depelli facil
lime possit. Nā qd̄ ad irā capitale
viciū pertinet: q̄ nihil est aliud nisi
immoderatus vlcionis appetitio. fa
cile diuina iuuante grā ab ea con
tinetur animū cui salutis p̄rie cura
est. etiā si in medio seculo inter tu
multuarios hōm̄ strepitū cōuerser̄.
Nulla igit̄ monacho laus est: q̄
fratri non irascit̄ n̄ vllā de fr̄e tu
piati vlcionē sed grande admodū
dedecus et peccatū maximū est.
si tanta labe dicandā deo mentē
polluere nūme vereat̄. **S**ed quāta
facilitate propicio deo letalis ira in
uctur tanta difficultate ab irascen
tia et indecoris ire motib⁹ abstinet̄.
Nonunt̄ hanc difficultatē oīum
maximē qui suapte natura stoma
chosi sunt: et plerūq̄ velint nolunt
tam celo q̄ terre atq̄ (vt breuiter
dicā) creaturis vniuersis impetu
maximo supra quā credi possit in
decenter irascunt̄. **N**on enī fieri
potes̄. nisi grandi diuinitatis
miraculo. vt venientē qui tales
sunt̄ compeſcant̄ impetū. **V**in
tunt̄ enī et q̄d̄iu violentis agun
tur motib⁹ sap̄sōs cōprimere ne
queunt̄. **D**olent̄ tū interim vel
lentq̄ penitus non irasci (de is
loquor quos proficiendi delectat̄
studii) nec leditur vllō pacto
in eoz vigens aīō fraternia chari
tate. **Q**uinimō torquent̄ grauis
sime dū impetu cessante scipsos

Jonathor.

considerat̄ videntq̄ nullo sacre
religionis studio couisq̄ se prouchi
posse vt surgentē irā aut furen
tem potius motū intra se compr
mant̄: nec se aduersus fratrem
moueri indecoro gestu verbisue
testentur. **N**on hec cedunt̄ plerūq̄
quibus est congrua benignitas
quedā ingeniq̄ facultas et qui
subitarios impetus expectari nūme
didicerunt. **S**ed qui luctant̄ quo
tidie nec tū orando quicq̄ obtinet̄
nisi hoc vniū vt videlicet̄ proficiē
di voluntas inuolata p̄emane
at̄ et grauissime dolent̄ huius
modi motū occasione infirmo
res offendi: hi certo sciunt̄ nihil
nos dixisse qd̄ non candidissime
conscientiā veritati. **T**ales ergo
si crebrius irasci videant̄ non ē
mirandū. **S**ed si couisq̄ processit
ira vt multa facilitate (verbi
causa) modico dulcoris alloqui
blandimento mitigari nō possit:
nescio equidē an is qui sic iras
citur venialis culpe possit effu
gere notā. **N**on absq̄ causa
dixi nescio. **N**am instantis im
petus vehemenciā et obstinēdi
vel negligenciā vel conatū solus
inspicit atq̄ intuet̄ deus. **H**ec
autē irascendi consuetudo iracū
dia dicit̄. que quū nobis displi
cet atq̄ molesta est et tū ea
quoad possum⁹ luctari p̄gim⁹
diuini muneris op̄e multa quo

liber.

ndie sedulitate postulantes ma-
 ior est in hac molestia merendi
 occasio: q̄ piculū offendendi. **Nō**
 n. sibi psuadere p̄i q̄s q̄s h̄mōi
 est. sine religiosi profectus detri-
 mento illū furentis animi motū
 q̄uis in fratre non ferat sed in
 eā rē dūtat q̄ displicet. **Sino**
 culpa vacare. **Verbi causa.** Pro-
 nuntiat q̄sp̄a siue in choro. siue
 in refectorio diuinā lectionē est
 aut h̄mōi consuetudini obnoxio
 ut plerūq̄ verbū aliq̄d repetit
 nō absq̄ fastidio attenti audito-
 ris. **Audiens ego idē verbū ter-**
 tio quartozq̄ repetentē non possū
 nō stomachari et intra me dico.
Quā hinc abibis q̄n feceris. **Utina**
 tū reteris pranderes et legeret
 alius. **Nōnūq̄** esset sonū edo. q̄
 manifeste possit audiri. **Interdū**
 tā grandis est impetus ut prius
 aliq̄d vel cogitē vel loquar. **Sino**
 interm me frater bene velle nō
 ob hunc motū quicq̄ detrimētū
 charitas accipit integra synonā
 q̄ prestat: tū displicet insuauis
 illa balbuties ineptiq̄ repetitio.
Si tū hunc impetū (tametsi cū cō-
 pestere neq̄o) irrephensibile existi-
 mē longe nimis abere a religio-
 so profectu. **Sp̄** cū dolendū. semp
 penitendū est: nec ab orōne de-
 sistendū ut clementissim⁹ deus
 q̄ solus indecoris nostris morib⁹
 mederi potest. ita sibi nostrum

quartus.

cōiungat animū nequando quip-
 piā a diuina fraternaq̄ charita-
 te dissociatus cogitet aut si mente
 ingredit̄ cogitatio eā repente sup-
 primat. nec unq̄ ita preualere
 sinat impetū ut foras erumpens
 quēq̄ contristet aut cuiq̄ iriden-
 di fratris prebeat occasione. **In**
 hoc labore pseuerandū est iracu-
 do si tutus esse volēt quē medio-
 cre non esse norunt experti. **Hec**
 (ut ad rem nostrā redeam⁹.) tū
 istiusmodi iracundis in gratiā
 reditur q̄ facillime. **Quā** etiā sp̄
 dolent: q̄ in irā tam prou sunt
 atq̄ proclues priusq̄ ab eis peccat⁹
 veniā iā ignouerunt ipsiq̄ sibi
 potius ignosci p̄ant. q̄ ob leuis-
 simas quasq̄ causas idēore turbēt.
At vero qui rarus irascitur et
 leuissima queq̄ grauissima putat
 non facile reconciliant⁹ suntq̄ ex co-
 genere nōnulli qui quū placati
 videant̄ amaro tū retinent animo
 qd̄ opportuno tpe vomant aut diē
 expectat idoneū quo simulata pa-
 cē aut pacē referant iniuriam.
 aut maiore. **Idē** meo iudicio vi-
 tandū mouit pater b̄ndictus
 quū precepit tēpus iracundie
 non esse reseruandū. **Causam**
 enī pro effectu posuit id est iracu-
 diā pro vltione. **Nā** si reseruare
 pro relinquere accipim⁹. peccatis.
 simū quiddā est vel ire vel ira-
 cundie non reseruare tēpus. **Nā**

Speculi.

quod nullum tempus nec sue nec fratris
ire relinquat nihil opus habetiam
solis occasum cum discordante fratre
in pace redire. Neque enim solis expec-
tati occasum: qui omnem discordiam sus-
pectat habet quam proculdubio
sola parit ita. Interdum tamen difficile
admodum est immo vero longe dif-
ficillimum huic obtemperare precepto.
Quid enim si de re qualibet dispu-
tamus et me tranquillo permanen-
te turbet frater et irascatur totus
quod ipsius assentari sententiae nolim
que tamen huiusmodi non est quin re-
probari iustissime possit quid a-
gendum michi. Debeo ne curare:
ut in gratiam cum eo redeam que non
ego sed sua ipsius inopia pertur-
bavit. Debeo profecto. Nam siue
iuste siue iniuste id qui mecum
loquitur adversum me commotus
exanimescat: si charitatem magis
quam audire voluerit consulet utique
michi ne turbatum fratrem diuinus
egrotare paciar (omnis enim turba-
tio egritudo quedam est) sed mol-
libus potius dulcioribus alloquii
fomentis morbum curem ne quid
de me possit fraternitatis charitas
iuste causari. Sed quid si contra
scripturam sancte veritate aut ca-
tholicam cuiuspiam doctoris senten-
tiam frater aliquid affirmaverit et
iratus a me discesserit quod ei con-
sentire noluerim debeo ne quum
ad eum placandum venero hinc

Monachorum.

verbis uti solet michi frater quod
ob verba mea turbatus sis recte
namque sensisti nec tibi contradi-
cere debui debeo ne sic loqui
quo celerius mitigetur. Hinc
vero. Neque enim cuiusquam placan-
di gratia mentiri debeo sed hoc
modo potius sermone institua.
Perit me frater quod tamen alter-
catus sum non enim est monacho
rem contendere quam ob rem ignoscere
precor et si quod mentem occupat
ira pellat omnis et mutus nobis
oratorum suffragis adiuvemus. Sed
et culpam meam libenter ignoscam
tamenque vocibus aut ad deum clama-
bo veniamque precabor quod plus equo
locutus sum quare mox ut prima
surgentis ire signa perciperet hac
moderatione usus non fuero ut
diceret tu nosti frater quod loquaris
et quid sentias non est nostrum
contendere. Consule si videtur
quicquam quod melius me sapiat ne
quid veritati contrarium opinens.
Qualibet igitur ex causa frigna-
tur discordia audiendus est apostolus
quod precipit dicens. Sol non occidat
super iracundiam vestram. Nam hoc
ipsi est: quod paulo pluribus
pater benedictus ait. ante solis
occasum cum discordantibus in pace
redendum. Sed quid si adver-
sus hoc bonorum operum instrumen-
ta in quibus commemorandis
hactenus versati sumus crebrius

liber.

aliquid facere contingat.
 Nampe quoties caditur: toties
 surgendū esse (si saluos nos tu-
 pinus) certissimū est. Nam
 si erectos nos ultimū vite nostre
 dies inuenit: etiā si decies mili-
 es collapsi fuerim⁹ bene tū no-
 bis erit. Nemine enī in se spe-
 rantē clementissim⁹ deus noster
 pro ineffabili sua mīa repelle-
 re consuevit. Debemus ergo
 (vt ultimo loco pater ait bene-
 dictus) de dei mīa nūq̄ despe-
 rare. **Exponit quēnā sit spū-**
tualis ars aut artes potius
et quānā ratione diuine vir-
tutes bonorū operū instru-
menta dicant: deniq; ob ar-
tū multitudinē turbari
debere nemine quasi percal-
lendis eis sufficere minime
possit.

Capitulum. lviij.

Equitur. Ecce hec sūt
 instrumenta artis spū-
 tualis. Non immerito
 pater sanctus post enar-
 catā fugiendorū viciōrū sacra-
 rūq; virtutū sp̄ amplectandarū
 seriem: demonstrandi premisit
 aduerbiū qd̄ intentionis mouen-
 de grā a doctis vsurpari con-
 suent. Neq; enī parui debet es-
 timari capitellū hoc quo bono-
 rū operū instrumenta vie ap-
 prime studiosus recensuit. Nā
 quicquid ad moralem christia-

quartus.

norū philosophia pertinere posse
 videtur succincta studuit breuita-
 re cōplecti. Itaq; si quantū proficia-
 as. p̄tūve deficias explorare q̄lu-
 cidissime cupis hoc intueri specu-
 lū. Neq; enī ip̄e latere te poteris
 nisi forte tibi (qd̄ absit) pestifera
 mollitiē blandiare. **Et** si persua-
 sū habueris oportere monachū
 tota sedulitate in his de quibus
 disputatū est bonorū operū instru-
 mentis fideliter exerceat neq; pre-
 oso querendo inueniendq; thesau-
 ro viriliter accipere steteritq;
 sententiā non an̄ desistere velle
 q̄ diuina iuuante grā voti cō-
 pos euaseris audenter tibi polli-
 ceorū monitore tibi nō opus fore.
Curre enī sponte: et fortasse
 tanta celeritate vt freno potius
 coercendus sis q̄ calcitrabis stimu-
 landus. Sed patris benedicti ver-
 ba repetamus. Ecce (inquit) hec
 sunt instrumenta artis spūalis.
Actes ille que necessarijs carna-
 liū membroz pagunt officijs sū
 proprijs accommodatisq; tractari
 quoquo modo nequeunt instru-
 mentis. **Terū** calamo scriptor
 eget: penicillo pictor. celo sculp-
 tor. malleo faber. agricola vomere.
 atq; (vt paucis expediā) nul-
 la est ars que non proprio
 indigeat instrumento. **Que** quū
 ita se habent non est miran-
 dū: si spūalib⁹ quoq; magistris

qui mechanicū arāū p̄cepto
ribus longe sunt p̄stantiores
cā sua quibz operent̄ ad esse o
porteat instrumenta. **H**oc enī a
ceteris artibus artificū spūale dif
tat. q̄ vnūquēqz in suo genere
p̄fectū esse necesse sit. **N**am q̄uis
aliud alī comparatus imperfec
tus admodū et pene nullus esse
videtur singulos tū letifera pro
pulsare vicia et diuino regi timo
re indefinenter oportet si deū pro
mereci et vitā cupiant possidere
perennē. **S**ed roget fortasse quis
piā quonā censei nomie debe
at spūalis ars. cui tā numerosa
necessaria sint instrumenta. **N**on
pe tam indotū ego: rusticūqz pu
tate nō ausim qui nō p̄facile
nosse queat. immo vero debeat
atra militaris discipline periciā
saluatū iri neminem. **N**eqz enī
coronabit̄ quisqz (vt ait beatus
ap̄lūs) nisi qui legitime certau
erit. **A**ctis vero militaris instru
menta arma vocari quis nesciat.
Et quidē tenebrarū opa procul
abicienda arma vero lucis q̄bus
futuri victores induantur sollici
tus esse paranda nemo pene
nescit. **S**ed fortasse fastidetur
aliquid: quonā pacto diuina
p̄cepta. siue virtutes. recte bono
rū operū instrumenta dicantur.
Et p̄spectu non admodū dif
ficile est. **N**ullū enī opus bonū

censei potest quod nō a v̄tute
constiterit esse p̄fectū merito
via inquā nā que moralis est
tantū salubrē operi bonitatem
afferre nūme nouit. **O**m̄ autē
virtutū regina charitas est. **Q**uō
crebro dicim̄. et iterare non
piget. **E**st autē tanta virtutis
huius possidende necessitudo vt
studiose p̄cipiat aplūs dicendū.
Oīa vestra in charitate fiant.
Est igitur charitas oīm et pri
mū et optimū bonoz operum
instrumentū. **N**ec terere te de
bet tā copiosa subiectoz instru
mentoz congeries quandoquā
de vna charitate hec oīa conti
nent. **S**iquidē in geminis di
uine fraternēqz dilectionis pre
ceptis auctore christo vniuersa
lex pendet et prophete. **V**erū quo
speculere facilius q̄ multi ab
vno charitatis fonte riuuli deri
uent̄ subiecta sunt hec vt dū
in eis pro vicili portione temp̄i
exercitaueris dei fratruqz verus
atqz fidelis amator euadās. **S**unt
igitur hec actis spūalis laudan
da sectandaqz s̄ instrumenta.
Nec est q̄ turbati merito debeat
mō: quasi diuini iussionibus
vt pote plus nimis cumulatū
pares eē nequeam. **S**iquidē
non tantū milites esse: sed ar
chitectorū quoqz periciā nosse iū
bemur. **A**it enī dñs. **Q**ui audit

verba mea hec: et facit ea. Simu
 labo eū viro sapienti. qui edifica
 uit domū suā supra petram.
Ruersū vnatores esse nos oportet.
Conduxit eū maximus ille paterfamilias electos vnuer
 sos beatitudinis eterne mercede
 vt vineā quisq; suā excolere nō
 desistat. Adde q̄ negotiatorū
 quoq; prudentiā callere precipi
 mur. **S**imile est eū regnū ce
 lorū (vt redemptor noster ait)
 homini negotiatori querenti
 bonas margaritas. **E**t quidē
 ad spiritū hec pertinet artes:
 vt non vna tantū. sed pluri
 me spūales esse pericie videan
 tur. **E**t quis inquis oīm doctus
 euasisse queat (si tamē ad salu
 tem pertinent vnuerse) atq;
 in singulis tam diligenter exer
 ceri nequando se doleat lachri
 mabile cupite felicitatis fecisse
 iacturam. **N**epe necessarie sūt
 oēs presertim monachis qui de
 seculo seculo cenobiticā expecece
 quietē. **N**ec tū est qd̄ censetur
 vices nostras tanta preceptor
 multitudine superari. **S**iquidē
 ea catena colligate sunt: qd̄
 memorauim⁹ artes et si q̄ sunt
 alie vt q̄ss̄ vnā rite caller. con
 tinuo norit vnuerfas. **P**roinde
 vnicūq; volueris inchoato: nihil
 eū refert vñ priā ducad exor
 dia. **N**ā si fideliter laboraueris

felicitate ex sententia cuncta suc
 cedent. **D**e quatuor spiritali
 b⁹ artib⁹ breuiter differet
 que quū noib⁹ differant. re
 tamē oīno cōueniunt. vsq;
 adeo ut qui vni studiosius
 intenderit omniū facile
 peritus euadat.
Caplin. xlviii.

Vne pauas rei huius
 veritate paulo mani
 festus intueri: dilua
 deq; cognoscere presu
 tas artes vni dūtarat esse ma
 gisteriū vsque adeo vt si vni cūli
 bet a quoq; solerius inuiglatū
 fuerit: mor vnuerse q̄ optime
 calleantur. **H**anc nihil magis
 perspicuū q̄ vicia solis virtutib⁹
 expugnaci. **E**xterminatis autē
 viciis contritus est seuissimus
 ille serpens qui nobis insidia
 ei: et nostre non desinit inui
 dere saluti. **S**ubacta quoq;
 spū raro superatus deniq; cal
 catusq; mundus. **A**t vero seu
 entes inimicos prosternere mi
 litare est. **Q**uisquis igit̄ ad
 uocato virtutū collegio vicia
 protul abigere nouit militaris
 pfecto discipline peritus euasit.
Et si militie labores ad mortē
 vsq; intermittere nolle delibe
 rat gloriosā protuldubio legit
 mi certaminis coronā spe certa

subnixus expectat. Porro virtu-
tes q̄ preclara fortissimazq; chris-
tiani militis arma sunt eedē
inquā ip̄e virtutes lapides quo-
q; sunt. et q̄dē p̄iosissimi e qui-
bus construenda est bone men-
tis aīe ve domus ea venusta-
te oculos oblectatura diuinos
vt eā vniuersoz conditor deus:
sua et̄i presenc̄a et̄i habitacione
nūme dedignetur. **T**anta
quoq; sunt fortitudine lapides
isti vt eoz glutinosa compac-
tio nulla possit aduersaria
vel arte vel potestate dissolui.
Loquat̄ apl̄us paulus. qui nō
alia q̄ q̄ reuelante christo di-
dicerit locutus esse nunime du-
bitatur. **F**undamentū (inquit)
aliud nemo p̄t ponere; preter
id qd̄ positū est: qd̄ est christus
ihesus. **Q**uid preclara vario
fulgencia marmore superboz
palacia regnū quid auro ebo-
reaz distincta laquearia suspi-
tis atq; miraris. **V**ilia sunt
hec et̄i aspectu prorsus indig-
na. si huiusmodi edificia cū ea
domo conferre velis cuius est
christus fundamentū. **Q**uid eī
equabile xp̄o quid cū vniogenito
dei filio comparabile. **Q**uid est
qd̄ non vereare cū oīpotentis dei
cōponere maiestati. **S**up hoc
itaq; inestimabilis pretij funda-
mentū si quis supedificauerit

aurū argentū lapides precio-
sos dignā profecto auctoz mo-
deratore domū: ip̄o nunimū
adiutore. se construxisse gau-
debit. **A**t vero auri huius: et̄i
argenti preciosozq; lapidū mi-
ra inter mortales inopia est:
q̄q̄ nec ob fulgencia metalla
fodiendo nudari oporteat oculi
ta terre viscera. nec ob paran-
das gēmas indos penetrare
necesse sit. **N**ihil eī magnificū
cuius optimo deo. (vt ita dicā)
ad dandū profusus prodigūz
magis dulcissimo christo: qui
in illa beatissimi iohannis
apocalypsi ad nos inenarra-
bili dulcedine verba faciens
suadeo inquit tibi emere a
me aurū ignitū probatū vt
locuples fias. **L**ocuples eē nos
cupit benignissimū liberalissi-
musq; redēptor: at nos ieiū-
nā ineffabiliter infelices eli-
gitimus paupertate. **N**on est hoc
aurū: quo nos ditare vult
christus. quod reges in bel-
la commouet quodq; magnā
huāni generis multitudinem
insanire turpissime facit. **H**oc
etenim aurū celestis charitas est
diuinez bonitatis contēplatio
suauissima. **A**rgenti vero
sacrarū eloquia scripturarū de
quibus psalmo graphus ait.
Eloquia dñi. eloquia casta:

argentū igne araminatū.
Gemine postremo singule
sunt virtutes. hūilitas conti-
nentia, paciencia et quotquot
ad hoc generosissimū collegi
ū pertinere noscunt. **E**mūt
autē her orōne sedula quā et
ip̄e largit̄ qui cetera prestat
Vt igitur ad rē nostrā redea-
mus: dū aduersus cogitatio-
nes malas imundorū spiritū
suggestiones iniquas effrenē
lasciue carnis petulantia ma-
lesuadas mundi cupiditates
viriliter dimittis atq; luctaris
non solū miles sed optimus
quoq; es architectus: deoq; non
solū domū sed sacrum quoq; tem-
plū edificas in quo diuina quo-
tidie deuotissime mysteria celebren-
tur. **S**iquidē de vniuersis elec-
tis hanc beatissim⁹ paulus
minime timet pronuntiare
sententiā. **T**emplū dei sanctū
est: qđ estis vos. **J**am vero
quod ad erolendā vineā perti-
net: quidnā est aliud propri-
cordis excolere vineā, nisi pun-
gencū vicioꝝ nocuas euellere
spinas, virtutū producere ger-
mina preciososq; dilectionis
gemine botros e quibus non
vnius tantū generis vinū et
odorū pariter et saporū liqua-
ri posse videatur. **E**t quēnā
hec vina sunt iniquis: **I**psē

facere penitudinis reconciliatri-
ces lachryme hoc enī auctore
bernardo vinū est angelorū hoc
beatos illos spūs cū leticia bibē
constat. **V**inū preterea lachry-
marū longe delicabiliū quas
diuinorū attenta cōmēoratio mu-
nerū celestiuq; gaudiorū cōtem-
platio suauissima de geminis
oculorū fonticulis copiosissime
scaturire facit. quā nimirū por-
tionē non angeli modo, sed diuina
quoq; (tamen si id incredibile dic-
tu est) nō abnuat degustare ma-
iestas. **I**am si a vicijs penitus ab-
horrescas, si te totū iuuante xp̄o
virtutibus ornas et miles et ar-
chitectus et peritus eē vinitor ne-
gari non potes. **P**ostremo de ne-
gociatione quid dictum sumus:
Profecto si vere sunt quas nactus
es virtutes emphacē sunt oportet.
Neq; cū preter deū huiusmodi
merces venales habet quisq;. **E**t
si proprias tuo (vñ arbitarias) la-
bore virtutes pepisti nec hostis
hūmōi sub egeris armatura nec
dignā deo domū erigere poteris
nec erolendo fertilē efficere vineā
vnde vinū diuino congrū gustū
feliciter exprimat. **S**ed nimirū
atāduerte queso qđ mira dei nr̄i
providentia memoratorū arcū
diuine faciunt litere mentionē.
Vt enī ceteras tacitā rationes
(nā plures in mediū afferri possunt)

pulcherrime nobis consulitur
ut ab inani gl'a (q̄ virtutū p̄nicio
sissima pestis est) longissime se
abstineamus. Etenim q̄ aduersus
vicia: quāta p̄t virtute pugna
re consuecit variarūq; tentatio
nū felix creberrime victor euadit
nihil tā procliuē q̄ ut inani pul
setur gl'a seq; mirifice gaudeat
gloriosos legitime militie refer
re triumphos. Verū vbi hūmō
gloriole ventulū sentire ceperit.
cōuertat se protinus ad precla
rū architectorū magisteriū et vi
deat an diuina dignā presen
cia domū templū ve fabricauerit
inspiciat vbi sit aurū. vbi argen
tū. vbi preciosi lapides e quibus
hūmōi fabricā consurgē necesse est.
Erubescet profecto et tale aliqd
apud se nequaquā esse ingenue
profitebitur quin potius hec a
domino mendicari diligentius
oportere. Et si ad vinitorū labo
res cōuertent oculos manifeste
perspiciet absq; celesti pluuia
solisq; feruore aū vineā genu
nare non posse. Quū igitur
prefate eodē respiciant artes
atq; ad unū eundēq; finē tendāt
oēs plures quidē noīe re aut ve
ra vna tñ spūalis est ars qua
subactō vicis amplectatq; v̄tute
deū promeremur cuius largissi
ma misericordie tandē intra ce
litū bñs admittimur mansiones

Quāobrem rectissimē pater aut
benedictus. Ecce hec sunt in
strumenta artis spūalis. **Non
ante reddēdā esse desidera
tā mercedē q̄ vniuersa bo
uoz operū instrumenta a
nobis (ut p̄s benedicti v̄b̄s
vtamur) die noctiq; fuerit
incessabiliter adimpleta et de
pseuerātie laude pauca. Ca. xly.**

Sequitur. Que quū
fuerint a nobis die
noctiq; incessabili
ter adimpleta et in
die iudicij reassignata: illa
merces nobis a dño recompen
sabitur quā ip̄e promissit. Quā
oculus non vidit. nec auris
audiuit. nec in cor hominis
ascendit que preparauit deus
iis qui diligunt eū. Hec igitur
bonoz operū instrumenta que
quid est diuinorū p̄ceptorū. que
quid sacra vel iubet regula vel
hortatī locupletissime cōplecti
mēōrata patris benedicti v̄ba
dilucide manifestant. In his
itaq; versari labor est v̄alissimū
quūquidē (ut scriptū est) bonoz
labor gloriofus est fructus.
Sed attente considerandū nō
an religiosos labores expectata
mercede cōpensandos q̄ p̄sarp
te virtutes diuina ve p̄cepta
a nobis die noctiq; fuerint in
cessabiliter adimpleta. Dies autē

et nos quod ex plerisque sacrarū
 literarū locis adiuuere licet) duo
 sunt tpa que studiosissimi quiqz
 sūmū regis ministri (dū in hac pe-
 regrinatione viuūt) experiri con-
 suueunt. Dies id temporis expi-
 nit quo cessante tentationū in-
 petu tranquilla quietaqz mente
 debitas optimo deo conceditur p-
 soluerē laudes. **N**os vero molesti-
 arū tumultū insurgentiū cogita-
 nonū tenebras varios necessarie
 pugne labores erupentes ab imo
 pectore genitus plurimāqz diffi-
 cultatē significat. **I**n hac tū noc-
 te nihil est obscuritatis nihil in-
 quā obscuritatis maligne quāquā
 dē eo tpe vel maxīe oīm a vicijs
 abstinetur atqz ad intuentā di-
 uine nūc lucē totis viribus aspi-
 ratur. **P**leriqz tamē dū asperri-
 mus furentis inuicēqz libidi-
 nis stimulis agitantur. aut sem-
 oribus in quietantis inuidie pun-
 gunt aculeis. aut murmurati-
 onis cogitationibus oppugnantur
 quibus ope facti diuina quanta
 licet virtute resistunt: tū ppter
 cōtinuā pene noxiar cogitationū
 presentiā in medijs tenebris sibi
 vident consistere nec quoquo
 pacto in eā possunt adducā sen-
 tentiā. vt se nequaquā peccare cō-
 fidant. **E**t quidē fieri pōt vt
 veniabiliter delinquant: dū in
 ipis cogitationibus plus iusto mo-

rant virile tū luctamē indubi-
 tatū est diuine charitatis iudiciū
 q̄ donet salua est. nō p̄t aīa di-
 uine grē mortifera p̄cepti detri-
 menta. **Q**ui vero eiusmodi sunt
 vt in medijs molestijs magnifi-
 cas dno grās agere norint gran-
 di quodā obstupescendoqz mira-
 culo in fulgentissima nocte ver-
 santur. **H**ic agebat cū gloriosissi-
 mo martire laurencio: cui quā-
 minaretur decius cesar vniuerse
 noctis tps in eo torquendo varijsqz
 cruciatibus afflicto consumptū
 iri ille serenissimo vultu constan-
 tiqz voce respondit. **N**ea nos obscu-
 rū non habet: sed oīa in luce
 clarescunt. **N**ortē suā maximā
 tribulationū multitudinē appel-
 labat: quas se et p̄spiciēbat et
 gaudebat esse passurū. **E**t qm̄
 intrinsecus indubitata diuine p-
 sentie experiebat argumenta seqz
 superius sentiebat irradiari fulgo-
 ribus. in luce cuncta clarescere
 fatebatur. **T**e vero nolim p̄tecat
 verbū incessabiliter: id enī ad per-
 seuerabilem paciētiā ac robustio-
 ris animi magnitudinē p̄tinet
 quā elumbis mollities effemina-
 taqz torpido enervat peritū atqz
 dissoluit. **Q**ui manuaras exer-
 cent artes oīantur incedū. nec
 quoquomodo delinquant: quinimo
 fatigata recreatoria quiete mēbra
 refoueri necesse est: ne tandem

quicquid est laboris refugiant:
atq; detractent. **A**t vero spūalis
ars infatigabilibus s; est exer
cenda laboribus nec tñ existiman
dū vniuersa bonorū operū instru
menta. a quoq; singulis posse
diebus impleri: qñquidē nec ca
uendorū viciorū om̄. a quib; ab
stinere iubemur nec vniuersa vir
tutis exercende s; prestat̄ occasio.
Verū satis est: si diuine munera
grē s; optantes operā demus.
ne in vitū quodlibet inconsul
to prolabamur nec laudata vir
tutis cuiuspiā studia opportunita
te presentie deseramus. **C**eterū in
cessabiliter militandū est. **T**ertū
nāq; est illud beati iob. **O**scula est
vita hominis super terrā. **C**uius
sententię si certa est indubitataq;
veritas. nihil clarius q̄ vniuersis
christi ministris quoad in hoc cor
pore viuatur esse pugnandū. **N**eq;
enī circūue desinit aduersarius
ille noster diabolus ac rugiens
instar leonis queritate quē deuo
ret̄ tui non aliter q̄ inuicta mag
nanime fidei fortitudine repug
natur. **P**orro quēadmodū s; mi
litandū: sic aīe quoq; nrē s; est
construenda domus. **S**pūalium
nāq; disciplinarū firma est: atq;
indisuncta cōgregio. **E**t si rationē
nosse cupis quid domū hanc s; e
dificari necesse sit: hanc pauca
accipito. **A**nime vita: charitas est.

Charitas autē (quod creberrime
inculcandū est) oīū nescit.
Nūq; enī est amor dei oīosus
quinimo grandia operatur. si
presens est. **I**mautē opari tenu
it: amor nō est. **P**orro quū ex
charitate (vt idē ait gregorius)
ceterę prodeant oriaturq; stu
tes: nūq; sine sua prole mater
charitas inuenitur. **A**urū vero
argentū preciososq; lapides e qui
bus aīe domū extruit atq; polū
virtutes esse iā diximus. **V**irtū
autē incretata languescit lan
guendo deperit exinata dem̄
mortē aīe parit. **S**pū igitur diu
ne edificande domū inuigilan
dū est: id est a sanctis operibus
nullo vnq; tpe desistendū. **H**oc
